

**Ploutarchou Peri Isidos kai Osiridos = Plutarchi de Iside et Osiride liber: Graece et Anglice / Graeca recensuit, emendavit, commentario auxit, versionem novam Anglicanam adjecit Samuel Squire ... Accesserunt Xylandri, Baxteri, Bentleii, Marklandi conjecturae et emendationes.**

### **Contributors**

Plutarch.  
Squire, Samuel, 1713-1766.  
Xylandri.  
Baxteri.  
Bentleii.  
Marklandi.

### **Publication/Creation**

Cantabrigiae : Typis Academicis [J. Bentham], [1744]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/cwszu9rw>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome  
collection**


Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



276

135

PLUTARCH



Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30540094>

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 309

LECTURE NOTES

1952-53

BY

ROBERT H. FERRY

AND

FRANK J. WYLLIE

CHICAGO, ILL.

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

1953

PHYSICS 309

LECTURE NOTES

1952-53

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΙΣΙΔΟΣ ἔ ΟΣΙΡΙΔΟΣ.

PLUTARCHI

DE

ISIDE et OSIRIDE

LIBER:

GRAECE et ANGLICE.

*Graeca* recensuit, emendavit, Commentario auxit,  
*Versionem* Novam *Anglicanam* adjecit

SAMUEL SQUIRE A.M.

*Archidiaconus Bathoniensis.*

ACCESSERUNT

*Xylandri, Baxteri, Bentleii, Marklandi*

CONJECTURAE et EMENDATIONES.

CANTABRIGIAE

TYPIS ACADEMICIS.

LECTORI CANDIDO

S. A. L. U. T. E. M.

ECCE tibi, Lector, in manus uado lau-  
dabilissimum istum P. J. B. de Labe et  
Ovide Libellum: laudabilissimum uero dico,  
quia sapius in hoc uisio memoratur Auctor  
quam in ceteris quibusdam opusculis egre-  
gus licet, omnigenaque eruditionis testis-  
simis. Sive enim in Mythologia, sive Fabulalque  
Antiquorum mirandas sane compositionis et  
prodigiolarum explicatio, sive in Hi-  
storiae veteris sive in ad Philosophiam  
normam exigit, ab Aegyptio Genitum  
testis, ad Religionis deique instituta com-  
ponere, M. U. E. I. sive Opus, Liber aut uul-  
gatum, sive Aegyptiorum, sive totumque in Natio-  
num antiquissimum Migrationibus, Mori-  
bus, Legibus, Regibus et Dynastiis investiga-  
dis, condensis et digerendis ueteris — legas  
Herodotum, Diochori uerba ad tantam uoces  
et appendas, haud tamen satis officio facies tuo,  
in hunc uos, etiam Tractatum diligenti et  
curioso oculo perlegere. Ut uerbo dicam, Re-  
ligionis Aegyptiacae hic conuertitur Reliquiae,



# LECTORI CANDIDO

SALUTEM.

**E**CCCE tibi, *Lector*, in manus trado laudatissimum illum *Plutarchi de Iside et Osiride* Libellum : laudatissimum vero dico, quia saepius in hoc uno memoratur Auctor quam in ceteris quibuscunque opusculis, egregiis licet, omnigenaeque eruditionis refertissimis. Sive enim *Mythologus* sis, Fabulasque Antiquorum mirandae sane compositionis et prodigiosae explicare velis et diluere, ad Historiae veteris fidem revocare, ad Philosophiae normam exigere, ad mores legesque Gentium referre, ad Religionis denique instituta componere, hic est, quem quaeris, Liber aut nusquam. Sive *Historicus* sis, totusque in Nationum antiquissimarum Migrationibus, Moribus, Legibus, Regibus et Dynastiis investigandis, condendis, et digerendis verseris — legas *Herodotum*, *Diodori* verba ad trutinam voces et appendas, haud tamen satis officio facies tuo, ni hunc *Nostri* etiam Tractatum diligenti et curioso oculo perlegeris. Ut verbo dicam, Religionis Aegyptiacae hic conduntur Reliquiae,



referato hoc Monumento patefcunt undequaque collecta veteris Historiae fragmenta, Rituum et Ceremoniarum fapientiffimae Gentis difiecta membra Aromatibus quafi et Bitumine delibuta, condita, et in fecula fervata.

Ne mireris igitur, *Lector*, ex ceteris *Plutarchi* Opusculis hunc me praecipue felegiffe Librum, ut novam ejus Editionem adornarem. Te enim appello, qui in hac Palaeftra jam defudasti, quot quantafque moleftias in hoc opere perlegendo subiifti? Saepe, fcio, ex prava Interpunctione ftomachatus es; faepe etiam incautum fefellit Verfio: quoties ex plurimis illis Mendis, quae ad unamquamque ferme occurrebant periodum, tibi mora injecta fuit? Quot demum locos inexplicabiles prorfus, nullaque industria pervincendos aegro animo relinquere coactus es? Haud igitur ingratum fore et injucundum fpero et confido, fi labores hosce in posterum tibi minuam, Librumque utiliffimum de novo edendo parabiliorem fimul, et intellectu faciliorem et Tibi et Omnibus praebeam.

“Optarem quidem, inquit eruditiffimus ille *Fabricius*, (*Bibl. Graec. Vol. 3.*) “ut plura ex  
“praeclaris *Plutarchi* monumentis feperatim  
“ex-

## AD LECTOREM.

“extarent excusa in Juvenum usus, neque vo-  
“luminum magnitudine fieret, ut Scholis om-  
“nibus, et Juvenum fere Museis exulet” opti-  
mus Philosophus. Parere igitur tanti viri sive  
consilio sive voto ipse olim institueram dum  
in Academia versarer, dumque Res et Occasio  
fineret. Sed hic dies alios mores adfert, aliam-  
que vitam postulat; terret etiam *Librorum*  
*MStorum* inopia et defectus; neque minus hor-  
ret refugitque animus varia incommoda, sub  
quibus laborant et obruuntur haec Studia.  
Quod autem potui in hoc negotio efficere pub-  
lici juris jam facio, veniam facile impetraturus  
si bonarum Litterarum promovendarum stu-  
dium et voluntas vires nonnunquam superent,  
si tantae molis impar ausis aliquando excidam.  
Quod itaque a me in hoc opere edendo  
praestitum sit, amice Lector, paucis jam acci-  
pe: *Textum* quidem *Libri* ad vulgatam *Edi-  
tionem Francofurtensem* dedi, nisi ubi menda  
egregia et manifesta novam *Lectionem* plane  
efflagitarent; collatis vero utcunque *Codd.*  
*antiq. impressis prim. Aldin. et utroque Basi-  
liensi*, variantibusque *Lectionibus*, quas ex *MSto*  
*Petavii* olim excerptas, ad calcem *Editio-  
nis* suae reposuit *Xylander* — *Novam* ferme

## EPISTOLA

*Interpunctionem* ubique induxi: cum enim haec legendi adminicula vett. Libris MStis deessent prorsus, cur non mihi etiam atque primis illis Editoribus Sententiae distinguendae aequa potestas? — Emendationes demum *Xylandri*, *Baxteri*, *Bentleii* et *Marklandi* una cum propriis Conjecturis et Adnotationibus edidi, ut nihil Tibi vel ad intelligendum Auctorem, vel ad corrigendum, si qua opus sit, auxilii deesset — *Xylandri* quidem Observationes ad finem Ed. Vulg. *Francos.* inveniuntur. extant *Baxteri* Correctiones ad calcem Paginae Anglicanae suae Versionis: *Bentleii* Animadversiones ex ora Libri ejus ipse decerpsi, quem mecum, qua est humanitate, communicavit *Ric. Bentleius* nepos, cui supremae Voluntatis exequendae Operumque postumorum curam commisit Patruus: Suas vero Notulas *Marklandus* ipse, Vir optimus et *κετικώτατος*, rogatus mihi statim obtulit; unde inter ceteros illustres Scriptores *Lysiam* puta, *Demosthenem*, *Philonem*, et *Maximum Tyrium*, *Plutarchum* etiam sibi in perpetuum devinxit.

Unicum porro restat, quod tibi dicam, *Lector*, perfecisse me et ad exitum perduxisse Adnotationes meas qualescunque, et Conjecturas,  
prius

## A D L E C T O R E M.

prius quam vel *Bentleii* vel *Marklandi* Animadversiones inspexeram, imo quam vel *Baxteri* Interpretationem perlegeram vel *Xylandri* Notulas. Hujus rei testes tibi optimos citarem, si opus esset; monere igitur sufficiat. Vale et fruire.

Dabam e Coll. Sti *Johan.*

*Cantabr.* 10 Cal. Julii

1744.

## E R R A T A.

P. 2. V. 6. ἰσχύρον, lege ἰσχυρὸν.

P. 4. 2<sup>da</sup> col. Not. lin. ult. *accuratissimam*, lege *accuratissimum*.

P. 6. Not. 5. *nunquam*, lege *nusquam*.

P. 8. V. ult. παραλάβη· dele *interpunctionem*.

P. 11. Not. 5. *lanugo-netur*. lege *lanugo netur* :

P. 13. Not. 1. col. 2<sup>da</sup>. ΙΕΡΕΥΣΙ, lege ΙΕΡΕΙΣ.

P. 18. Not. 8. *satyrorum*, lege *satyrarum*.

P. 23. Not. 5. *Diaspolitanum*, lege *Diospolitanum*.

P. 85. Not. 5. Quae post *Ῥάδας*, ex *Josepho* observata, leguntur, delenda sunt.

P. 97. V. 3. lege ἐλεγχομένην· amoto colo.

P. 117. lin. penult. Ἀρειμένι⊙, lege Ἀρειμάνι⊙.

P. 128. Not. col. 1. lin. 3. post *extat*, add. *Hist. Animal*.

P. 142. lin. antepenult. lege ποιότητι⊙· amoto colo.

P. 154. Not. 3. V. antepenult. lege *Theophrastus Paracelsus*.

P. 168. Not. 5. ΔΕΙΞΑΙ *legas*, lege ΔΕΙΞΑΙ ΤΗΝ *legas*.

P. 176. Not. 5. *expeētanda*, lege *expeētandi*.



# ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

## ΙΣΙΔΟΣ ἢ ΟΣΙΡΙΔΟΣ.

α. ΠΑΝΤΑ μὲν, <sup>2</sup> ὧ Κλέα, δεῖ τὰ γὰρ τὰ  
τὰς νῦν ἔχοντας αἰτεῖσθαι ὡς τῶν θεῶν,  
μάλιστα ἢ τὸ πρὸς αὐτῶν ἐπισήμης, ὅσον ἐφικτόν  
ἔστιν ἀνθρώποις, μελιόνηες, εὐχόμεθα τυγχάνειν

### ADNOTATIONES & EMENDATIONES

In PLUTARCHI ISIDEM et OSIRIDEM.

<sup>1</sup> Titulus hujus libri, uti extat in catalogo Operum *Plutarchi*, quem in amici gratiam composuit *Lamprias* filius, sic legitur, (N<sup>o</sup> 116.) ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤ' ΙΣΙΝ ΛΟΓΟΥ ΚΑΙ ΣΑΡΑΠΗΝ, vid. *Fabric. Biblioth. Graec.* vol. 3. pag. 339. Vnde autem oritur haec inscribendi diversitas sive a Librariorum incuria, quod saepe fit, et quod postea revera factum fuisse videbimus in ipsis his verbis, sive ab ipsius *Lampriae* manu, dictu est difficile. Scio quidem secundum mentem *Chaeronensis* Philosophi eundem prorsus esse *Sarapin* cum *Osiride* nostro; non est vero hanc ob causam quare a praesenti lectione, quam omnes Edd. constanter exhibent, temere discedamus. Quum enim antiquior

multo notiorque fuerit *Osiris* quam *Sarapis* iste; (cujus quippe imaginem, si *Montesaulconio* *Antiq. explicat.* T. 2. P. 2. c. 10. credendum est, apud vetustissimas aegyptiacae gentis Deorum Tabulas nunquam videre est.) Quumque Fabula quam explicare aggredditur auctor *de Iside et Osiride* tota sit, de illo altero autem ne verbum quidem, nisi ὡς περ ἐν παρέρῳ, proferrat; nullum possit esse dubium quin praesens ἐπιγραφή ad *Plutarchi* mentem quam maxime sit accommodata. Ab *Eusebio* etiam, quod jam occurrit, (in libris de *Praep. Evang.* Ed. Paris. pagg. 91. et 186.) bis laudatur hic tractatus sub titulo τῆς λόγῳ περὶ τῶν κατ' Ισιν, ἢ τῶν Αἰγυπτίων Θεῶν. De ratione porro ac ordine quem in hoc

2 ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΕΡΙ

παρ' αὐτῶν ἐκείνων ὡς εἶθ' ἀνθρώπων λαβεῖν  
 μείζον, οὐ χαρίσασθαι θεῷ σεμνότερον ἀληθείας.  
 τὰ ἄλλα μὲν γὰρ ἀνθρώποις ὁ Θεὸς ὧν δέον<sup>1</sup>)  
 δίδωσιν,<sup>2</sup> ἐκ οἰκεία κεκλημηδύς ταῦτα ἢ χρώμε-  
 νος. εἰ γὰρ ἀργύρω ἢ χρυσῷ μακάριον τὸ θεῖον,  
 εἰδὲ βρονταῖς ἢ κεραυνοῖς ἰχθύρον, ἀλλὰ Ἰπσιμήν  
 ἢ φρονήσει. <sup>4</sup> ἢ τῆτο κάλλιπα πούτων Ὀμηρος  
 ὧν εἶρηκε, πρὶ θεῶν ἀναφθεγξάμεθα,

<sup>5</sup> Ἡ μὲν ἀμφοτέρωσιν ὁμὸν γένος ἢ δ' ἴα πάλην,  
<sup>6</sup> Ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γέρονει, ἢ πλείονα ἦδει,

libro compilando observavit Plutar-  
 chus, non necesse est ipse pluribus  
 dicam; tam apprime enim in eum  
 conveniunt quae in simili argumento  
 pertractando de seipso profert *Auctor*  
*de Dea Syria*, ut nequeam a me fa-  
 cile impetrare quin totum locum ob-  
 lectoris oculos sistam; ἰσορέοντι δέ μοι  
 — τὴν Θεὸν αὐτοὶ ἦν τινα δοκέουσι,  
 πολλοὶ λόγοι ἐλέγοντο, τῶν οἱ μὲν ἐροῖ,  
 οἱ δὲ ἐμφανέες, οἱ δὲ κάρτα μυθώδεις  
 ἢ ἄλλοι βάρβαροι, οἱ μὲν τοῖσι Ἑλ-  
 λησι ὁμολογέοντες, τὰς ἐγὼ πάντας μὲν  
 ἐρέω, δέχομαι δὲ εἰδαμᾶ. Jure enim  
 de *Plutarcho* observare licet, quod  
 inquirenti illi de *Iside et Osiride*,  
 quinam essent divi, multa dicebantur  
 quorum alia erant sacra, alia plana  
 et manifesta, alia admodum fabulosa,  
 alia barbara, alia cum Graecis con-  
 sentientia, quae quidem omnia in hoc  
 libro refert et recenset auctor, quamvis  
 omnia neutiquam adprobat.

<sup>2</sup> ὦ Κλία] Patet ex insequentibus

*Cleam* hanc illustrissimam fuisse foe-  
 minam, Ἀρχηγὸν quippe τῶν ἐν Δελ-  
 φοῖς Θυιάδων. Neque unicum hunc  
 librum nomini ejus inscripsit *Plu-  
 tarchus*, sed alterum quoque quem  
*de Mulierum virtutibus* composuit;  
 ex quo *Cleam* nostram et in libro-  
 rum lectione versatissimam fuisse, et  
 philosophiae deditam colligere est:  
 illius adeo nomen in *Historia Mulie-  
 rum philosopharum* merito recenset  
 doctissimus *Menagius*.

<sup>3</sup> ἐκ οἰκεία] Ceterae Edd. omnes,  
 unica excepta, οἰκεία praestant, abs-  
 que negante particula; quae tamen  
 particula abesse haudquaquam possit  
 summo sine sententiae dispendio. Sta-  
 tuit enim *Auctor*, sicut et alii Phi-  
 losophi qui rem Ethicam tractave-  
 rint, οἰκειότησα esse quandam inter  
 Deos et veritatem, (sive ut loqui a-  
 mat *Hierocles* (Ed. Lond. postrema  
 pag. 218.) ἀλήθεια ἢ ἀρετὴ εἰ μόνου  
 ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ ἢ ἐν θεοῖς τὰ  
 μέγιστα,)

σεμνοτέραν ἀπέφηνε τὴν ἔ Διὸς ὅ ἡγεμονίαν  
ἐπισήμης ἢ σοφίας, πρεσβυτέραν ἔσαν. οἶμα  
ἢ ἢ τῆ αἰωνία ζωῆς, ἡ ὁ Θεὸς εἴληχεν, δῦδαιμον  
εἶναι τὸ τῆ γνώσε μὴ παραπολιπεῖν τὰ γινόμε  
μα· τῆ ἢ γινώσκειν τὰ ὄντα, ἢ φρονεῖν ἀφαιρε  
θέντος, ἔ βίον ἀλλὰ χρόνον εἶναι τὴν ἀθανασίαν.

β. Διὸ Θεοῦ ὄρεξις ἐστὶν ἢ τῆ ἀληθείας  
μάλιςα ἢ τῆ πρὸ θεῶν ἔφεσις, ὡς περ ἰ ἀνά  
ληψιν ἱερῶν τὴν μάθησιν ἔχουσα ἢ τὴν ζήτησιν, ἀ  
γνείας τε πάσης ἢ νεωκορίας ἔργον ὀσιώτερον ἔχ

μίγισα,) non item inter cetera vitae  
bona, divitias puta et imperium —  
Quae tamen oppositio nulla omnino  
foret absque neg. particula; in Tex  
tum igitur eam haud haesitantem ac  
cepi, suffragantibus praesertim MS.  
P. et Ed. Basil. a *Xylandro* curata  
A. D. 1574. — Cl. autem *Marklandus*,  
cujus nomen in orbe litterato notius  
est quam ut meis praeconiis indigeat,  
hoc modo distinguendum putat —  
δίδωσιν \*\*\*\* οικεῖα κεκλημένος ταῦ  
τα etc. desunt enim, inquit vir longe  
doctissimus, nonnulla.

⁴ Καὶ τῆτο κάλλιςα] Forfan, ἔ  
τῆτο, κάλλιςον πάντων ὧν Ὁμηρος  
εἶρηκε περὶ Θεῶν, ἀναφθεγγόμενος, Sc.  
*Atque hoc, omnium quae de Diis dixit  
Homerus pulcherrimum, effatus, — Ma  
jestate Jovis Imperium anteire innuit*  
etc. Ita cum anterioribus optime  
conveniunt posteriora. Extant vero  
hi versus ap. Π. N. v. 354, 355.

⁵ ἡγεμονίαν ἐπισήμης ἢ σοφίας,

πρεσβ. ἔσαν.] Forfan, ἡγεμονίαν,  
ἐπισήμη καὶ σοφία πρεσβ. ἔσαν.  
*Markl.* Quam quidem Viri Cl.  
conjecturam verissimam esse arbitror.  
Recte igitur vertit *Xylander*, "*Maje  
state jovis imperium anteire ostendit,  
quod scientia et sapientia esset anti  
quius.*" Error quippe primum natus  
est ex Librarii, sive Ἀναγνώσε incertitia,  
qui punctum istud, sive I, quod pro  
more, nominibus adderetur ad casum  
significandum, ipsius vocis inflexionis  
partem esse ducebat, atque adeo ex  
ἘΠΙΣΤΗΜΗΙ et ΣΟΦΙΑΙ, ΕΠΙΣΤΗ  
ΜΗΣ et ΣΟΦΙΑΣ peperit — Quem  
quidem errorem saepissime erraverint  
vet. codd. exscriptores.

⁶ Ἀνάληψιν ἱερῶν.] Per has voces  
non intelligit auctor *recuperationem  
sacrorum*, ut *Xylander*; vel *platoniam  
quandam reminiscenciam*, uti interpre  
tatur *Baxterus*, qui anglicanam ver  
sionem adornavit, sed simpliciter  
*susceptionem sacrorum*: Quo qui  
dem



4 ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΕΡΙ

ἡκιστα ἢ τῆ Θεῶ Ταύτη κεχαισμηδόν, ἡ σὺ θε-  
ραπύεις ἐξαιρέτως σοφῶ ἢ φιλόσοφον οὔσαν,  
ὡς τοιῶμά τε φράζειν ἔοικε πῶντος μάλλον  
αὐτῆ τὸ εἰδέναι ἢ τῶ ἐπισήμῳ περσικήσαν.  
Ἐλλιωικὸν γὰρ ἢ Ἰσίς ἐστ, καὶ ὁ Τυφὼν πολέμιος  
<sup>2</sup> τῆ Θεῶ, καὶ δι' ἀγνοίαν καὶ ἀπάτῃ τετυφωμένος,  
ἢ διασπῶν ἢ ἀφανίζων τὸν ἱερὸν λόγον, οὐ ἢ Θεὸς  
συνάγει ἢ συνίθῃσι, ἢ πῶραδίδωσι τοῖς τελα-  
μηροῖς θειώσεως, σῶφρονι μὲν ἐνδεδελεχῶς διαίτη,  
ἢ βρωμάτων πολλῶν ἢ ἀφροδισίων ἀποχαῖς  
<sup>3</sup> κωλύσεως τὸ ἀκόλαστον καὶ φιλήδονον, ἀφρύπ-  
τοις ἢ ἢ σερράς ἐν ἱερωῖς λατρείαις ἐθιζέσης ὑπο-

dem in sensu μαθημάτων ἀνάληψιν  
*Basilii* (in *Epist. ad Eustath.*), et  
θεωρημάτων ἀνάληψιν *Philo Jud.* usur-  
pant.

<sup>2</sup> τῆ Θεῶ, ἢ δι' ἀγνοίαν—] Forfan,  
τῆ Θεῶ, ὁ δι' ἀγνοίαν. *Markland.*

<sup>3</sup> κωλύσεως ] Ita ex emendatione  
primus dedi. Quae enim aliae sunt  
edd. omnes ΚΩΛΥΟΥΣΑΙΣ habent,  
constructionis ratione profus neg-  
lecta. Cum enim ad θειώσεως refera-  
tur, necesse est gignendi casu legatur,  
aeque ac ΕΘΙΖΟΥΣΗΣ, quae vox sta-  
tim sequitur, et ad idem nomen re-  
fertur. ΚΩΛΥΟΥΣΗΣ legunt etiam  
*Baxterus*, *Marklandus*.

<sup>4</sup> καὶ μὲν αὐτῆς ὄντα, καὶ συνόντα ] Lu-  
bentissime quidem istud ΚΑΙ, quod  
primum legitur, delerem, si modo  
vel MS aliquis, vel antiquae Edd.

menti favissent. Quid enim valet  
nisi ad sensum, cursumque orationis  
perturbandum, qui sine eo optime  
procedunt ?

<sup>5</sup> ἐπαγγέλλεται ἢ γνώσει ἢ εἰδήσει. ]  
Ecce iterum odiosa ista particula !  
profus igitur ejicias, vel cum *Mark-*  
*lando* ejus loco substituas Artic. ΤΗΝ,  
hoc sc. modo ; ἐπαγγ. ΤΗΝ γνώσει ἢ εἰδ.

<sup>6</sup> ὡς εἰσόμενοι. ] Forfan, ΕΙΣΟΜΕ-  
ΝΩΝ, uti etiam conjecerant *Bentle-*  
*ius*, *Baxterus* et *Marklandus*. Nihil  
vero in textu immutandum esse duxi,  
quia apud atticae elegantiae imita-  
tores, et accusandi casum absolute, ut  
loqui amant Grammaticorum Filii, po-  
situm saepius videre est. Atque ita *auc-*  
*tor noster* (cap. 6.) ὡς ἢ προσῆκον  
statim usurpat. Consulas vero accu-  
ratissimam Cl. *Taylori* indicem ad  
*Lysiae*

μύειν, ὧν τέλος ἐστὶν ἢ ἔστω πρῶτα ἢ κυρία ἢ νοη-  
 τῆ γνώσις, ὃν ἢ θεὸς ᾧσακαλεῖ ζητεῖν παρ' αὐ-  
 τῆ<sup>4</sup> καὶ μετ' αὐτῆς ὄντα ἢ συνόντα. τῆσδ' ἱεροῦ  
 βωύομα ἢ σαφῶς ἐπαγγέλλεται<sup>5</sup> ἢ γνώσιν ἢ  
 εἶδησιν τῆ ὄντῶ. ὀνομάζεται γὰρ Ἰσειον<sup>6</sup> ὡς εἰ-  
 σόμνον τὸ ὄν, ἀν μὲν λόγῳ ἢ ὀσίως εἰς τὰ ἱεραῖ  
 παρέλθωμεν τῆ θεοῦ.

γ. Ἐπι πολλοὶ μὲν Ἑρμοῦ, πολλοὶ δὲ  
 Προμηθέως ἰσορήκασιν αὐτῶν θυγατέρα· ὧν<sup>2</sup>  
 τὸν μὲν ἕτερον, σοφίας ἢ προνοίας, Ἑρμῶ  
 δὲ γραμματικῆς ἢ μουσικῆς διρετὴν νομίζουσι.  
 διὸ ἢ τῶν ἐν Ἑρμαπόλει Μυσῶν τὴν προτέραν

*Lysiae Orationes*, V. *Accusativus*.  
 ΕΙΣΟΜΕΝΟΙ ex emend. *Xylandri* est.

<sup>1</sup> ἱερῶ θυγατέρα.] Hic est *Hermes*,  
 five *Mercurius* ille quem *Arnobius*,  
 (l. 4.) uti et auctor noster, *Littera-  
 rum Proditorem apud Aegyptum* vocat,  
 quemque quinque *Mercuriorum*, quos  
 omnes nominat, natu minimum fuif-  
 se statuit.

<sup>2</sup> τὸν μὲν ἕτερον.] Habent *Edd. Al-  
 din. Steph. Francof.* ΤΟ μὲν ἕτερον:  
 Qui forsan error ex *Typothetarum*  
 incuria primum natus est. Neque  
 vero adhuc fanus est locus; si e-  
 nim retineatur ΩΝ, uti rectissime ob-  
 servat *Marklandus*, legendum est ΝΟ-  
 ΜΙΖΟΥΣΙ: [vel ΝΟΜΙΖΟΝΤΑΙ,  
 quae vox ad antiquam lectionem  
 propius accedit.] *Prometheus* autem  
 Sapientiam adinvenisse dicitur, quia

ut *Suidas* (in voce) habet, τινὰς ἰδιώ-  
 τας ὄντας ἐποίησεν ἐπιγινώσκειν σοφί-  
 αν. Cum vero *Providentiae* quoque  
 idem vir auctor et inventor dicitur,  
 ex ipsius nominis interpretatione, pro  
 solenni Graecorum more, oriebatur  
 fictio: ΠΡΟΜΗΘΕΙΑ enim apud eos  
 per ΠΡΟΝΟΙΑΝ explicatur.

<sup>3</sup> τῶν ἐν Ἑρμαπόλει Μυσῶν.] Istud  
 EN ex conjectura addidi, cum cete-  
 ris edd. male abfit. Hac quoque in  
 Emendatione *Bent. Baxt.* et *Mark-  
 land* mecum consentientes habeo.  
 — De his vero ad *Hermopolim Mufis*  
 nulla alibi, quod scio, apud veteres  
 facta est mentio. Crediderim vero,  
 ut, quod sentio, vel suspicor potius,  
 dicam, duas fuisse celeberrimas foe-  
 mineas Statuas apud hanc urbem,  
 quarum singula Ethicam Virtutem

## 6 ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΕΡΙ

<sup>4</sup> Ἴσιν ἅμα καὶ Δικαιοσύνην καλοῦσι σοφίαν, ὡς  
 περ εἶρηται, καὶ δεικνύουσαν τὰ θεῖα τοῖς ἀληθῶς καὶ  
 δικαίως <sup>5</sup> ἱεραφόροις καὶ <sup>6</sup> ἱεροσόλοις προσαγορ-

repraesentaret, cujusmodi non apud Romanos Graecosque tantum, sed et Aegyptios etiam plurimus fuit usus — Harum Priorem *Justitiae* fuisse Imaginem ex hoc loco constat, alteram vero *Veritati* dicatam esse arbitror, ex Gentis praesertim indole et moribus conjecturam capiens. *Justitiam* enim et *veritatem* indivisas esse comites, semperque inter se conjunctas voluerunt Aegyptii. *Veritatis* igitur Imaginem in judiciis circa collum semper ferebat ὁ ἀρχιδικαστής five praeses judicum aegyptiorum. vid. *Diod. Sic.* L. 1. P. 68, et *Aelian. Var. Hist.* L. 14. c. 34.

<sup>4</sup> Ἴσιν ἅμα καὶ Δικαιοσύνην καλοῦσι.] Non hoc tantum loco *Isis* nostra *Justitia* vocatur, si modo *Seldenum* audiamus. Profert enim eruditissimus ille vir (in l. 2. de *Synedriis*) veterem Inscriptionem, quae Venetiis visebatur, ubi eandem rem cernere est. Totam vero ἐπιγραφήν, longiuscula licet sit, exscribam; quia forsitan nobis sit postea usui ad sequentia intelligenda:

ΓΑΙΟΣ ΓΑΙΟΥ ΑΧΑΡΝΕΥΣ ΙΕΡ-  
 ΕΥΣ ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ  
 ΕΝ ΤΩΙ ΕΠΙ ΠΑΥΣΙΟΥ ΑΡΧΟΝ-  
 ΤΟΣ ΕΝΙΑΥΤΩΙ  
 ΚΑΙ ΟΙ ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΙ ΚΑΙ ΟΙ  
 ΘΕΡΑΠΕΥΤΑΙ ΤΗΡ  
 ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ  
 ΚΑΙ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ  
 ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΙΣΙΔΙ ΔΙΚΑΙΟΣ  
 . . ΥΝΗΙ ΙΔΡΥΣΑΝΤΟ.

Postremas has voces *Isidi Justitiae* recte interpretatum esse *Seldenum* ex hoc loco *Plutarchi* certissime constat. Vid. etiam Inscriptionem hanc apud *Reinesum* l. 135. Et quid miri, *Isidem* nostram, quae apud aegyptios secundum aliam Inscriptionem *omnia est*, et *Justitiam* vocari? quando praesertim, uti jam observasset auctor, eximie sapiens esset et philosopha. Προσοφίαν igitur, quae vox omnes edd. jam occupat, lubens cum *Bentleio* et *Marklando* ΣΟΦΗΝ legerem. nempe ut alludatur ad ea quae de *Iside* paullo ante locutus fuerat — ΟΥΣΑΝ vero abesse, five ΣΟΦΗΝ legamus, five ΣΟΦΙΑΝ, vix videtur pati posse Graecae Linguae Indoles; quae res a *Baxtero* quoque adnotata est.

<sup>5</sup> ἱεραφόροις.] Haec omnium est edd. scriptura; nunquam vero alibi, quod scio, extat haec vox: semper enim ΙΕΡΟΦΟΡΟΙ dicuntur hi sacerdotes.

<sup>6</sup> ἱεροσόλοις προσαγορευομένοις.] Multa quidem de Religione veteris Aegypti, deque iis praesertim qui ei Genti a sacris erant, tradit Antiquitas; recensentur quippe ΠΡΟΦΗΤΑΙ, ΙΕΡΟΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ, ΩΡΟΛΟΓΟΙ, ΠΑΣΤΟΦΟΡΟΙ, ΝΕΩΚΟΡΟΙ, multique alii deorum ministri. *Hierophororum* porro, quorum erat, ut verbis *Apuleianis* utar (*Metam. Ed. Delph.* l. 11. p. 373.) “ferre Cistam Sacrorum caparem,” non infrequens alibi est mentio facta; de *Hierosolis* vero

## ΙΣΙΔΟΣ ἢ ΟΣΙΡΙΔΟΣ. 7

δουρμύοις. ἔτοι δ' εἰσιν οἱ τὸν ἱερὸν λόγον περὶ θεῶν  
πάσης καθαρδύοντα δεισιδαιμονίας καὶ πειεργί-  
ας ἐν τῇ ψυχῇ φέρουτες, ὡς περ ἐν κίση, <sup>7</sup> ἢ

vero istis, qui *Sacriferos* jam comitentur, hoc unico loco excepto, nihil quicquam apud idoneos auctores temere invenias. Quid igitur? Num delendam statuis hanc vocem? Ita quidem, ejusque loco reponendam esse cenfeo ΠΑΣΤΟΦΟΡΟΙΣ, quo quidem verbo nullum vel sententiae auctoris, vel institutis aegyptiis accommodatius facile reperire queas. “*Pastophori quippe dicti sunt a ΠΑΣΤΩ* “*quod erat velum linteum variegatum plumario opere quod Foribus Thalami, vel sacrae calybae oppandi solitum:*” Verba sunt *Salmasii* in *Plinianis* p. 1217. Cum autem τὸ πάσσειν per τὸ ποικίλλειν optime apud *Homerum* explicet *Eustathius*, (comm. p. 1239.) existimarim potius eos olim *Pastophoros* generatim fuisse dictos qui a *Vestibus* erant Diis nostris; scil. quibus sacra Vestimenta, tum variegata illa *Isidis*, tum splendida et coruscantia *Osiridis*, curae demandata fuerint; (vid. infra p. 680. *Ed. Steph.*) vel ut *Firmicus Matern.* habet, *Vestitores erant divinorum simulachrorum.*—Coetus igitur *Pastophororum sacrosancti Collegii nomen* erat, vid. *Apul.* l. 11. p. 380, (uti et *Levitae* olim inter *Hebraeorum* sacerdotes;) quorum quidem hominum varia videntur fuisse officia. Alii enim ex iis ad sacras vestes Diis nunc induendas, nunc exuendas destinati erant; alii porro veli istius variegati, quo circumcludebantur templorum

adyta, curam gerebant, alii denique *ad nigerrimam illam pallam*, de qua in *Pompa Isiaca* loquitur *Apuleius*, ferendam instituti erant: atque hi forsitan sunt ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΙ praecipue nuncupati, de quibus in inscriptione, quam supra ex *Seldeno* attuli, facta est mentio, uti quoque in aliis duabus quae ibidem legantur. Nihil vero temere statuendum esse arbitror in re praesertim tam dubia et obscura. Textum igitur minime sollicitavi, ut si quibus ΙΕΡΟΣΤΟΛΟΙ isti, sive potius ΙΕΡΟΣΤΟΛΙΣΤΑΙ placeant; nihil haberent quod meae temeritati jure objicere possent. Cum vero *Hebraei* suam quoque Arcam haberent, in qua sanctissimi faederis Tabulas reponerent, aequae ac Aegyptii suas cistas in quibus res sanctissimas, ἱερὸν λόγον praesertim, absconderent.—Quaeri solet a viris doctis utrum *Hebraeorum* simiae fuerint aegyptii hoc in negotio; an vero Deus sese *Israelitis*, ei rei jam in Aegypto adfuetis, adcommodarit? Nobis, haec monere tantum sufficiat. vid. *Cleric. Com. Pentat. Exod.* 25. 10.

<sup>7</sup> ἢ περιετέλλοντες τὰ μὲν.] *Amovi* femicolon istud odiosum, quod olim viam quasi obstruebat inter περιετέλλοντες et sequiorem periodi partem. Explicare enim aggreditur auctor quinam sunt *Hierophori* quinam *Hierostoli* sive *pastophori*. “*Hierophoros* “ (inquit) eos volo, qui sacram de

ᾧσι ἐλλοιγες, τὰ μὲν, μέλανα καὶ σκιώδη, τὰ δὲ  
 φανερά ἢ λαμπρὰ τὸ ᾧσι θεῶν ὑποδηλουῦντα  
 οἰήσεως, οἷα ἢ ᾧσι τὴν ἐδῆτα τὴν ἱερὰν ἀποφαί-  
 νεται. διὸ ἢ τὸ κοσμεῖσθαι τέτοις τὰς ἀποθανόν-  
 τας Ἰσιακούς, <sup>8</sup> σύμβολόν ἐστι τῆτον τὸν λόγον  
 εἶναι μετ' αὐτῶν, ἢ τῆτον ἔχοντας, ἄλλο δὲ μη-  
 δέν, ἐκεῖ βαδίζειν. ἔτε γὰρ φιλοσόφος παγωνο-  
 τροφία, ᾧ Κλέα, ἢ τριβωνοφορία ποῖσιν, ἔτε  
 Ἰσιακὸς <sup>8</sup> αἰλινοσολία, ἢ ξύρησις· ἀλλὰ Ἰσια-  
 κός ἐστιν ὡς ἀληθῶς, ὅ, τὰ δεικνύμενα ἢ δρώμενα  
 ᾧσι τὰς θεὰς τέτας (<sup>9</sup> ὅταν νόμῳ ᾧσαλάβη)

“ Diis doctrinam in animis suis, tan-  
 “ quam in cista gestant; *Pastophoros*  
 “ vero, qui deorum Statuas vestibus  
 “ nunc atris et umbrosis, nunc claris  
 “ splendidisque adornantes hoc mo-  
 “ do subindicare videntur qualem ip-  
 “ sos de diis opinionem tenere doceat  
 “ sacra doctrina; partim scilicet claram  
 “ et manifestam, partim autem obscu-  
 “ ram et tenebrosam, prout sacra sunt  
 “ vestimenta.” Hac igitur interpreta-  
 “ tione admissa omnia clara sunt et di-  
 “ stincta, quae sine ea neutiquam intelli-  
 “ gi possint. Observandum porro est,  
 “ quod viri doctissimi, tum *Bentl.* tum  
 “ *Markl.* pro ὑποδηλῶντα, ΥΠΟΔΗ-  
 “ ΛΟΥΝΤΕΣ substituunt — sed correc-  
 “ tione nihil opus est, cum vestes ipsae  
 “ sint, quae subindicare videntur qua-  
 “ lem de diis opinionem *Pastophoros*  
 “ edoceat sacra Doctrina.

<sup>8</sup> Σύμβολον ἐστὶ τῆτον τὸν λόγον]  
 Olim legebatur ΤΟΥΤΕ τὸν λ., men-  
 dose vero. ΤΟΥΤΟΝ igitur, quae est  
 lectio *Edd.* antiquissimarum *Aldin.* et  
*Basil.* suo loco demum restitui. Si  
 vero ΤΟΥ ΤΕ obnixe retinere velis,  
 necesse est cum *Marklando* deinceps  
 scribas, καὶ ΤΟΥ Τῆτον ἔχοντας &c,  
 quae forsitan scriptio nonnullis optima  
 videbitur. Nihil vero opus est cor-  
 rectione quam nobis exhibet *Baxterus*,  
 qui IENAI pro εἶναι reponit.  
 Totum vero locum sic latine verte-  
 rem. “ Quod autem mortui *Isiaci* sacris  
 “ his deorum vestibus” (quas forsitan  
 vestes cum Diis non amplius usui es-  
 sent inter se, aliosque suis sacris de-  
 ditos, dispertiverint *Pastophori*) “ a-  
 “ dornantur, simbolo est sive signo  
 “ sacram hanc de diis doctrinam cum  
 “ iis adhuc esse, eamque solam cum

λόγω ζητῶν, ἢ φιλοσοφῶν περὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀληθείας.

δ. Ἐπεὶ τὰς γε πολλὰς ἢ τὸ κοινότατον τῶ-  
το ἢ τὸ σμικρότατον λέλθην, ἐφ' ὅτῳ <sup>1</sup> τὰς τρί-  
χας οἱ ἱερεῖς ἀποτίθειαι ἢ λιναῖς ἐδῆτας <sup>2</sup> φο-  
ρεῦσιν, οἱ μὲν εἰδ' ὅλως φρονησῶσιν εἰδέναί περὶ  
τέτων· οἱ ἢ τῶν μὲν εἰρίων, ὡσπερ τῶν κρεῶν, σε-  
βομύκας τὸ πρέβατον ἀπέχεσθαι λέγουσι, ξύρεσθαι  
ἢ τὰς κεφαλὰς διὰ τὸ πένθος, φορεῖν ἢ τὰ λι-  
ναῖα διὰ τὴν χροῖαν ἢ τὸ λῖνον ἀνθουῶ ἀνίησι τῇ  
περιεχέσθαι τὸν κόσμον αἰθερίῳ χαρπότητι περ-

“ iis inferos usque posse ire comitem.”

<sup>8</sup> αἱ λινοσολίαι] Imo ΑΥ λινοσ.  
uti eleganter admodum legit Mark-  
land.

<sup>9</sup> ὅταν νόμῳ παραλάβῃ] Harum  
vocum primam delendam esse censet  
Xyland. Sed non ita Bentl.; ejus enim  
loco substituit ATT' AN: et pro πα-  
ραλάβῃ habent Codd Aldin. et Basil.  
ΠΑΡΑΒΑΛΗ. Nulla vero omnino  
immutatione opus fuerit, si modo  
mecum hoc modo interpungas. I. ε.  
ὡς ἀληθῶς, ὁ, τὰ δεικνύμενα κ. δ. π.  
τ. θ. τ (ο. ν. π) λόγῳ ζητῶν. sc. “ Sed  
“ is vere est Isiacus, qui postquam earum  
“ rerum notitiam rite comparaverit,  
“ quae de his diis ostenduntur et ab his a-  
“ guntur, ea omnia ad rationis normam  
“ examinat &c.” Ad sententiam vero  
quod attinet, uti recte monuit Cl.  
Markl., quam est simillima iis quae ha-

bet D. Paulus Ep. ad Rom. c. 2. v. 28.

ἔ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰηδαῖός ἐστιν κ. γ. λ.

<sup>1</sup> τὰς τρίχας οἱ ἱερεῖς ἀποτίθειαι  
&c.] Herod. 1. 2. c. 38. Ed. Gronov.  
οἱ ἱερεῖς τῶ θεῶν, τῇ μὲν ἄλλη κομίεσσι,  
ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ξυρεῦνται. atque iterum  
c. 37. οἱ δὲ ἱερεῖς ξυρεῦνται πᾶν τὸ  
σῶμα διὰ τρίτης ἡμέρας, ἵνα μήτε  
φθεῖρ, μήτε ἄλλο μυσσάρῳ μηδὲν εἰσγι-  
νεταί σφι θεραπεύουσι τὰς θεάς. ἐδῆται  
δὲ φορέουσι οἱ ἱερεῖς λινέην μύνην.

<sup>2</sup> φορεῦσιν] Post hanc vocem colon  
quidem lubens adderem; proximam-  
que sententiam a ΚΑΙ inciperem, quod,  
nescio quomodo, ob sequens forsan  
ΟΙ exciderat. Deinceps, post εἰδέ-  
ναι, ΤΙ addendum esse censeo, atque  
ita omnia plana essent et perspicua  
quae nunc confusa et mutila legun-  
tur. Ita vero veritas, “ Vulgo usita-  
“ tissima illa et minima sunt incogni-  
“ τα,

σεοικυϊαν. ἢ ἡ ἀληθῆς αἰτία μία πάντων ἐστὶ  
καθαρόν γὰρ ( <sup>3</sup> ἢ φησιν ὁ Πλάτων ) ἐ θεμιτὸν  
ἀπειθεῖ μὴ καθαρόν. πείσωμα ἡ τσοφῆς ἢ σκύ-  
βαλον ἐδὲν ἀγνόν ἐδὲ καθαρόν ἐστὶ ἐκ ἡ πεισι-  
μάτων ἔρια ἢ λάχλαι, ἢ τρείχες ἢ ὄνυχες δυνά-  
φύονται καὶ βλασάνεσι. <sup>4</sup> γελοῖον οὖν ἰῶ, τὰς  
μὲν αὐτῶ τρείχας ἐν ταῖς ἀγνείαις ἀποτίθεας  
ξυρωμύες πρὸ ὀμαλῶς τὸ σῶμα, τὰς ἡ τῶν  
δρεμμάτων ἀμπέχεας ἢ φορεῖν. ἢ γὰρ τὸν Ἡσίο-  
δον οἶεας δεῖ, λέγοντα,

Μηδὲ δὴ πὸ πεντόζοιο θεῶν ἐν δαιτὶ θαλείῃ

Αὔον δὴ πὸ χλωροῦ τάμνειν ἀθωνισιδήρῳ,  
διδάσκειν, ὅτι δεῖ καθαρὸς τῶν τοιέτων γυρωμύες  
εορτάζειν, ὅτι ἐν αὐταῖς ταῖς ἱερουργίαις χεῖρας

<sup>6</sup> *ta, cur capillos ponunt sacerdotes, et  
linea vestimenta gerant: alii vero  
sunt &c.*"

Ibid. Leg. et disting. φορεῖσιν. οἱ μὲν  
ΟΥΝ (vel ΓΑΡ) ἐδ' ὅλως &c. Markland.  
<sup>3</sup> ἢ φησιν ὁ Πλάτων] Verba Socra-  
tis sunt ap. Platon. Phaedon. ubi ob-  
servandum est, ΕΦΑΠΤΕΣΘΑΙ legi  
pro ἀπειθεῖ: atque ita hic locus lau-  
datur a Clement. Alexand. Strom. 5.  
p. 647. Ed. Oxon. Ad rem vero ipsam  
quod attinet, satis constat ex antiquis-  
simis scriptis munditiae studiosissimos  
fuisse Aegyptios; nam praeter abra-  
sionem istam totius corporis de qua  
supra diximus, λῶσαι δὲ τῆς ἡμέρας

ἐκάστης ψυχρῶ, ἢ δις ἐκάστης νυκτός,  
ἀλλας τε θρησκείας μυρίας ἐπιπέλεισι:  
verba sunt Herod. 1. 2. c. 37. ἢ γὰρ  
ῥῶντο καλῶς ἔχειν ἔτε σώμασιν, ἔτε  
ψυχαῖς ὑπέλοις ἢ νοσώδεισι θεραπεύειν  
τὸ καθαρόν ἐ ἀβλαβὲς πάντη ἢ ἀμίαν-  
τον. Vid. infra p. 383. B. Ed. Francof.

<sup>4</sup> γελοῖον ἔν ἡν] Nonne potius le-  
gendum esset γελ. ἔν AN ἡν? extant  
autem, qui statim leguntur, versus,  
Hesiod. ἐργ. ἢ ἡμ. 741.

<sup>5</sup> τὸ δὲ λῖνον φύεται &c.] Plin. Nat.  
Hist. 1. 19. c. 2. Superior pars Ae-  
gypti in Arabiam vergens gignit fru-  
ticem, quem aliqui Gossipion vocant,  
plures Xylon, et ideo lina inde facta,

ΙΣΙΔΟΣ ἢ ΟΣΙΡΙΔΟΣ. ΙΙ

καθάρσει καὶ ἀφαιρέσει τῶν πεπιτωμάτων. <sup>5</sup> τὸ  
ἢ λίνον φύεται μὲν ἐξ ἀθανάτου τῆς γῆς, καὶ καρ-  
πὸν ἐδώδιμον δυνάδιδωσι, λιτὴν ἢ παρέχει καὶ  
καθαρὰν ἐσθῆτα, καὶ <sup>6</sup> τῷ σκέποντι μὴ βαρύνου-  
σαν, δυάεμοςον ἢ πρὸς πᾶσαν ὥραν ἤκιστα ἢ  
φθειροποιὸν, ὡς λέγουσι· περὶ ὧν ἕτερος λόγος.

ε. Οἱ δὲ ἱερεῖς οὕτω διαχειραίνουσι τὴν τῶν  
πεπιτωμάτων φύσιν, ὥστε μὴ μόνον <sup>1</sup> παραιτεῖσθαι  
τῶν ὀσπείων τὰ πολλὰ, καὶ τῶν κρεῶν τὰ μή-  
λαια καὶ ὕια, πολλὰ ποιουῦτα πεπιτωσιν, ἀλ-  
λὰ καὶ τὰς ἄλλας τῶν σιτίων ἐν ταῖς ἀγνείαις ἀ-  
φαιρεῖν· ἄλλας τε πλείονας αἰτίας ἔχοντας, καὶ  
πολικωτέρους καὶ βρωλικωτέρους ποιεῖν <sup>2</sup> ἐπιθή-  
γοντας τὴν ὀρεξιν. τὸ γ', (ὡς Ἀεσαγόρας ἔλε-

Xylina. Parvus est, similemque bar-  
batae nucis defert fructum, [τῷ δίν-  
δρω καρπὸς ἐπιφύεται καρῶν μάλισα  
προσεικῶς &c. *Jul. Poll.* l. 7. c. 17.]  
cujus ex interiore bombyce lanugo-  
netur. Nec ulla sunt eis candore,  
mollitiave praeferenda. Vestes inde  
sacerdotibus Aegypti gratissimae.

<sup>6</sup> τῷ σκέποντι μὴ βαρύνουσαν] For-  
fan, ΤΟΝ ΣΚΕΠΟΝΤΑ μὴ βαρυν. ut  
p. 353. A. Si retineatur τῷ σκέποντι  
scribendum potius, ΒΑΡΕΙΑΝ ΟΥ-  
ΣΑΝ, quam βαρύνουσαν. *Markland.*

<sup>1</sup> παραιτεῖσθαι ἢ ὀσπείων τὰ πολ-  
λὰ] Immo ab omnibus omnino tum  
herbis tum leguminibus ΕΝ ΤΑΙΣ

ΑΓΝΕΙΑΙΣ abstinere solitos esse sa-  
cerdotes Aegyptios difertis verbis as-  
ferit *Porphyrus*, in lib. 4. περὶ ἀπ.  
p. 152. *Ed. Cantab.* ὁ δὲ χρόνος ἔτος,  
ὅποτε συντελεῖν τι τῶν περὶ τὴν ἱεράν  
μέλλουσιν θρησκείαν — παντὸς μὲν  
ἐμφύχου ἀπείχουτο, παντὸς δὲ λαχά-  
νου καὶ ὀσπρίου. *Fabae* vero praecipue  
abominationi erant sacerdotibus Ae-  
gyptiis: Κυάμους δὲ οὐτὲ τι μάλα  
σπεύρουσι αἰγύπτιοι ἐν τῇ χώρῃ, τὰς τε  
γενομένους ἔτε τρώγουσι, ἔτε ἔψουτες πα-  
τέουσαι. οἱ δὲ δὴ ἱερεῖς, ἔδὲ ὀρεόντες ἀ-  
νέχουσαι, νομίζουσι ἢ καθαρὸν μὴ εἶναι  
ὀσπριον. *Herod.* l. 2. c. 37.

<sup>2</sup> ἐπιθήγοντας] Olim absurde lege-  
batur



γε) δια τὸ πηγνυμῆροις πολλὰ τῶν μικρῶν ζώων ἐναποθνήσκον ἀλισκόμην, μὴ καθαρὰς λογίζεσθαι τὰς ἄλας, δὴθες ἐστὶ. λέγονται ἢ καὶ τὸν Ἐπίω ἐκ φρέατος ἰδίᾳ ποτίζειν, τῷ ἢ Νείλῳ πωδωτάπασιν ἀπείργειν, <sup>3</sup> ἔ μισθὸν ἠγεμῆρας τὸ ὕδωρ δια τὸν κρηκόδειλον, ὡς ἔνιοι νομίζουσιν. (<sup>4</sup> ἔδεν γὰρ ἔτω τιμὴ Αἰγυπίοις ὡς ὁ Νεῖλος) <sup>5</sup> ἀλλὰ πιαίνειν δοκεῖ, ἢ μάλιστα πυλυσαρκίαν ποιεῖν τὸ Νεῖ-

batur EPIΘIGONTAS. Quam vero lectionem ego praetuli, eam distincte exhibet *prima Aldina Ed.*, et *Basil.* 1574.

<sup>3</sup> ἔ μισθὸν ἠγεμῆρας] Leg. ΗΓΟΥΜΕΝΟΙ. *Markl.* Nihil vero immutavi, reclamantibus omnibus Edd. neque forsitan correctione opus est, cum ἀπείργειν, verb. mod. infinit., immediatius praecedat; quod quidem verbum, uti loqui amant Grammatici, sequenti commate subintelligi possit: scil. ἔ μ. ἠγεμῆρας τ. ὕ. — ἀπείργειν, ὡς ἔνιοι &c.

<sup>4</sup> ἔδεν γὰρ ἔτω τιμὴ &c.] Certissimum est quod hoc loco asserit auctor noster: nihil enim apud Aegyptios tanto in honore erat atque Nilus, Jupiter quippe Aegyptius ab iis dictus; ita certe *Parmeno Byzantius*, vetus Poeta, apud *Athenaeum* (*Deip.* l. 5.) tradit. Unde etiam est quod apud *Jul. Firmic. Matern.* aliosque scriptores, *aquam colere et venerari* dicitur haec gens: imo nigras huic fluvio statuas consecrabant, quas deinceps adorare possent Aegyptii. Ita

*Pausan.* in *Arcadicis*; ποιεῖται δὲ, πλὴν Ἐπίω Αἰγυπία Νεῖλος, πωδωτάπασιν ἄλλοις λευκῶ λίθι τὰ ἀγάλματα τῷ Νείλῳ δὲ μελάντι λίθι τὰ ἀγάλματα ἐργάζεσθαι νομίζουσι: his demum adjungas quae profert *Heliodorus Aethiop.* l. 9. p. 423. Θεοπλαστῶσι τὸν Νεῖλον Αἰγυπιοί, καὶ Κρησίωνων τὸν μέγιστον ἄγουσι. Vid. etiam p. 445. Fluvios vero in genere veteres etiam *Persas* coluisse ex *Herodoto* et *Arnobio* notum est.

<sup>5</sup> ἀλλὰ πιαίνειν] Clarius vero esset pleniorque constructio, si, ἀλλ' ὍΤΙ πιαίνειν δοκεῖ, scriberetur, sc. “ Non quod pollutam aquam Nili censent, sed quod ejus aqua pota Pinuedinem efficere videatur.”

<sup>6</sup> ἰσχύοντι τῷ θνητῷ, καὶ βαρύνοντι &c.] Ad oram *Cod. Bentleii* has voces immutatas, earumque loco ΙΣΧΥΟΝΤΑ καὶ ΒΑΡΥΝΟΝΤΑ substitutas esse sensi; ad σώματα quippe substantiv. relationem habere eas censebat vir ille κριτικώτατος. Correctione vero neutiquam opus est, recte enim vertit *Xylander*, “ Non volunt autem  
“ Apim

λῶδον ὕδωρ πινόμηνον. ἔ βέλονται δὲ τὸν Ἄπιον  
 ἔτως ἔχειν, ἔδὲ ἑαυτὸς, ἀλλὰ οὐσαλῆ ἢ κοῦφα  
 ταῖς ψυχαῖς περικεῖται τὰ σώματα, ἢ μὴ πιέ-  
 ζειν μηδὲ καταθλίβειν ἰσχύοντι τῷ θεῷ, ἢ βα-  
 ρυῶντι τὸ θεῖον.

5. Οἶνον ἢ οἱ μὲν ἐν Ἡλίῳ πόλει θεραπεύον-  
 τες τὸν θεὸν οὐκ εἰσφέρουσι τὸ πρῶτον εἰς τὸ  
 ἱερόν, ἢ ὡς ἔ προσήκον ἡμέρας πίνειν τῷ κυρίῳ ἢ

“ Apim pinguem esse et multa carne  
 “ obesum, ut ne seipfos quidem; sed  
 “ animis volunt levia atque gracilia  
 “ circumdata esse corpora, ne divina  
 “ pars a mortali praepotenti prematur  
 “ atque adfligatur.” Eandem vero  
 de *Api* historiam, quam habet *auclor*  
*noster*, profert etiam *Aelianus*, *Hist.*  
*Animal.* l. 11. c. 10. eandemque pror-  
 fus causam adjungit, quare a Nilo  
 abstineret, καὶ γὰρ γλυκὺ τέτυ τῷ  
 ῥεύματι, ἢ εἰς ἔσπον σαρκῶν ὄμιος ἀγα-  
 θῶ. De sacerdotum Aegyptiorum  
 abstinentia ejusdemque ratione, iis  
 quae jam legimus, prorsus sunt si-  
 milia quae a *Clem. Alexand.* *Strom.*  
 7. p. 850. afferuntur: Διὸ ἐ αἰγύπ-  
 τιοι ἐν ταῖς καὶ αὐτὸς ἀγνείαις οὐκ  
 ἐπιτρέπεται τοῖς ἱερεῦσι σιτεῖν σάρ-  
 κας, ὀρεθιστοῖς τε ὡς κρυφαῖς χρω-  
 νται· καὶ ἰχθύων ἐκ ἀπλοῦναι· κατ’ ἄ-  
 ἄλλως μὲν τινὰς μύθους, μάλιστα δὲ ὡς  
 πλάδαρὰν τὴν σάρκα τῷ τοιαῦδε κα-  
 τασκευαζέσθαι βρώσει.

ἢ ὡς ἔ προσήκον ἡμέρας πίνειν ]  
 Ut ut sincera, primo forsan intuitu,  
 videatur haec lectio, curiosius tamen

perpendentibus alia fuerit mens. In-  
 quit enim auctor, “ Qui Heliopoli  
 “ solem (τὸν θεὸν) colunt sacris, vi-  
 “ num nullum prorsus inferunt in  
 “ templum, quod non conveniat in-  
 “ terdiu bibere, domino et rege in-  
 “ spiciente; Reliqui vino utuntur, sed  
 “ modico.” Quid igitur? Num noctu  
 vino usi fuerint *Heliopolitani* sacer-  
 dotes? minime quidem; si enim ita  
 se res haberet, non primum dixisset  
*Plutarchus*, οἶνον οὐκ εἰσφέρουσι τὸ  
 πρῶτον, neque postea oppositionem  
 quandam instituisset inter eos, alios-  
 que ejusdem gentis sacerdotes qui  
 vino modico usi sunt. Quid si igitur  
 pro ἡμέρας, quae vox hoc in loco  
 certe nihili est, reponamus ΙΕΡΕΥΣΙ;  
 quod enim certum est, ex hac cor-  
 rectione omnia inter se aptissime con-  
 gruent et consentient. sc. “ *Heliopa-*  
 “ *litani* vino non utuntur, quia non-  
 “ conveniat sacerdotibus bibere domino  
 “ eorum et rege inspiciente &c.” Ne-  
 que quidem dicendum est retineri  
 debere ΗΜΕΡΑΣ ob ea quae sequun-  
 tur, huic voci aliquatenus responden-  
 tia

βασιλέως ἐφορῶντος· οἱ δ' ἄλλοι χερῶναι μὲν, ὀλί-  
 γω δέ. πολλὰς δὲ αἰνὰς ἀγνείας ἔχουσιν, ἐν  
 αἷς φιλοσοφοῦντες ἢ μανθάνουσι καὶ διδάσκον-  
 τες τὰ θεῖα διατελῶσιν.<sup>2</sup> οἱ δὲ βασιλεῖς καὶ με-  
 τρητὸν ἔπινον ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων (ὡς Ἐκα-  
 ταῖ⊕ ἰσόρηκεν) ἱερεῖς ὄντες. ἤρξασθε δὲ πίνειν ἀπὸ  
 Ψαμμητίχου· πρῶτον δὲ οὐκ ἔπινον οἶνον, εἰδὲ  
 ἔσπενδον, ὡς φίλιον θεοῖς, ἀλλ' ὡς αἵματῶν πο-  
 λεμησάντων ποτὲ τοῖς θεοῖς,<sup>3</sup> ὅς ὢν οἶοντα πε-  
 σόντων ἢ τῆ γῆ συμμιγῆτων ἀμπέλους χυμῶς· διὸ  
 καὶ τὸ μεθύειν<sup>4</sup> ἐκφρονας ποιεῖ καὶ πῶσα πλῆγας,

tia, Ἐκείναι κ. β. ἰφ: Templo enim  
 suo semper aderat Deus ille de quo  
 loquitur Auctor, et quem colebant hi  
 sacerdotes. Emendatio vero nostra  
 aliquantum roboris et firmamenti  
 accipere videatur ex iis quae statim  
 sequuntur. Addit enim auctor, "Ne-  
 que reges Aegyptios vinum olim po-  
 tasse," (scil. ante Psammetichi reg-  
 num.) Quare autem non biberent?  
 Hanc ipsam causam assignat quam su-  
 pra afferre Heliopolitanos volumus;  
 quia scil. et ipsi sacerdotes erant,  
 ΙΕΡΕΙΣ ΟΝΤΕΣ.—Quod autem non-  
 nulli Aegyptiorum sacerdotum omni  
 omnino vino abstinere soliti erant,  
 luculenter confirmari possit ex testi-  
 monio Chaeremonis Stoici apud Por-  
 phyr. de Abst. l. 4. §. 6, οἶνον γὰρ οἱ  
 μὲν εἰδὲ ὅλως, οἱ δὲ ὀλίγιστα ἐγεύοντο.  
 Habes jam ipsissimam distinctionem  
 quam inter Heliopolitanos sacerdo-

tes, caeterosque ejusdem gentis fe-  
 cerit Plutarchus. Observandum por-  
 ro est, quod non apud Aegyptios  
 tantum, sed et alias quoque nationes,  
 νηφάλια haec sacrificia Soli instituta  
 fuerint. Phylarchus enim apud Athe-  
 naeum (l. 15.) memoriae tradit, Grae-  
 cos soli Mel libasse, vinum autem aris  
 ejus non intulisse, δεῖν λέγοντες τὸν ὅλα  
 συνέχοντα καὶ διακρατῆναι Θεόν, ἔπει-  
 πῶσπολεύοντα τὸν κόσμον, ἀλλότριον  
 εἶναι μέθης. Si quis autem obstinatius  
 contendat retineri posse et oportere  
 ἡμέρας; tum necesse est, pro οἱ δὲ ἄλ-  
 λοι, legat ἄλλως δὲ &c. Sed potior  
 videtur, quam primam dedi, cor-  
 rectio.

<sup>2</sup> οἱ δὲ βασιλεῖς &c.] Hac vero in  
 re Hecataeus secum consentientem  
 habet Siculum Historiographum, τρο-  
 φαῖς δὲ εἶθ⊕ ἦν αὐτοῖς (sc. regibus)  
 ἀπλαῖς χρῆσθαι — οἶνον δὲ τακτόν

ἄτε δὴ τῶν <sup>5</sup> περιγόνων τῆ ἀίματος ἐμππλαμψύ-  
ους. Ταῦτα μὲν οὖν <sup>6</sup> Εὐδοξοῦ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆ  
Περειόδῳ λέγεσθαι φησιν ἕτως ὑπὸ τῶν ἱερέων.

ζ. Ἰχθύων δὲ θαλαττίων, πάλυτες μὲν εἰς πάλυ-  
των <sup>1</sup> ἀλλ' ἐνίων ἀπέχονται, καθάπαρ Ὀξυρυγχι-  
ται τῶν ἀπ' ἀγκίστρα. σεβόμενοι γὰρ τὸν ὀξύρυγ-  
χον ἰχθύω, δεδίασι μὴ πώλε τὸ ἀγκίστρον εἰ κα-  
θαρόν ἐστιν ὀξυρύγχα περιπεσόντος αὐτοῦ. Συλῶϊ-  
ται δὲ φάγεται· δοκεῖ γὰρ ἐπιόντι τῷ Νείλῳ συνε-  
πιφαίνεσθαι, ἢ τὴν αὐξήσιν ἀσμεύοις φεράζειν αὐ-  
τάγγελον ὀρώμενον. <sup>2</sup> οἱ δὲ ἱερεῖς ἀπέχονται

τί μέτρον πίνοντας, μὴ δυνάμενον πλη-  
σμονὴν ἀκαίρον, ἢ μίθην περιποιῆσαι.

<sup>3</sup> ἐξ ὧν οἰοῦμαι περιπέσων — συμ-  
μιγέντων. —] Qu. an Codd. habeant  
ΕΞ ΟΥ ΠΕΣΟΝΤΟΣ — κ) ΣΥΜΜΙ-  
ΓΕΝΤΟΣ etc, quod praestare opinor.  
*Markland.*

<sup>4</sup> ἔκφρασις ποιητῶν.] Scrib, inquit  
Cl. *Markland*, ἔκφρασις ΠΟΙΕΙΝ,  
sc. ΟΙΟΝΤΑΙ. Sed immutatione haud  
quaquam opus erit si modo femico-  
lon post γενέσθαι addas; quam quidem  
interpunctionem nobis clare exhibet  
*Ed. prim. Aldin.*

<sup>5</sup> Περιγόνων.] Num a Gigantibus  
qui bellum olim diis intulissent, nati  
erant Aegyptii? Ita ex hoc loco con-  
staret! Quis vero alius unquam id  
dixit? Nemo quidem omnium. L. i-  
gitur ΠΗΛΟΓΟΝΩΝ — Gigantes  
enim πελογογόνους, sive e luto natos,  
difertis verbis non tantum *Calli-*

*machus*, sed et alii dixerunt auc-  
tores.

<sup>6</sup> Εὐδοξοῦ ἐν τ. δ. τῆς περιόδῳ.]  
*Eudoxus, Cnidius* videlicet. *Multa*  
historica, atque ad gentium ritus  
pertinentia adsperserat huic operi  
*de Terrae Ambitu*; quod propterea,  
τὴν περὶ τὸν Εὐδοξὸν ἱστορίαν vocat  
*Strabo*. Fuit opus grande et quod  
multis libris constabat. Septimum  
citat *Stephanus*, περὶ πολ. et *Porphyr-*  
*ius* de vita Pythagorae. Vid. *Me-*  
*nag.* ad *Diog. Laert.* proem. f. 8.

<sup>1</sup> ἀλλ' ἐνίων ἀπέχονται.] Immo, uti  
elegantem admodum et acute vidit  
*Markland.*, ἀλλ' ἐνίοι ἐνίων ἀπέχονται:  
Emendationem hanc certissimam ef-  
fe ostendunt sequentia.

<sup>2</sup> Οἱ δὲ ἱερεῖς ἀπέχονται πάντων.]  
Ita *Herod.* l. 2. c. 37. Ἰχθύων δὲ εἰ-  
σφι (sacerdotibus nim?) ἐξέρει πά-  
σαθαι. Ita etiam *Chaeremo Stoicus*  
apud

πούτων. <sup>3</sup> πρῶτα ἢ μίωος ἐνάτη, τῶν ἄλλων  
 Αἰγυπίων ἐκάστῃ περὶ τῆς αὐλείας θύρας ὅπλιον ἰχ-  
 θυνὸν καλεσθῆναι, οἱ ἱερεῖς δ' ἐγούνηται μὲν, καλακαί-  
 σι ἢ περὶ τῶν θυρῶν τὰς ἰχθύας· δύο λόγους ἔχουσαι,  
 ὧν τὸν μὲν ἱερὸν καὶ πειθὸν αὐτῆς ἀναλήψομαι,  
 συμάδοντα τοῖς περὶ Ὀσίριδος καὶ Τυφῶνος ὀσίως  
 φιλοσοφουμένοις· ὁ ἢ ἐμφανὴς καὶ πρὸ χειρὸς, ὅτι  
 ἀναγκάσιον ἔδ' ἐπειρῶν ὄψον <sup>4</sup> ἀποφαίνων τὸν ἰχ-  
 θυνὸν, Ὀμήρω μαρτυρεῖ, μήτε Φαίακας τὰς ἀβροβί-  
 ρας, μήτε τὰς Ἰθακησίους ἀνδρῶν περὶ νησιώτας, ἰχθύσι  
 χρωμένους ποιοῦντι, μήτε τὰς Ὀδυσσεῶς ἐταίρους  
 ἐν πλωτῶστέτῳ καὶ ἐν θαλάτῃ, πρὶν εἰς ἐχάτῳ ἐλ-

apud Porphyr. περὶ ἀπ.: I. 4. f. 7.  
 ἰχθύων ἀπείχοντο πάντων, sacerdotes  
 scil. aegyptii: Vnde evenit quod  
 ἀθέμιον δηλῶντες, (verba sunt *Hori  
 Niliaci* ad Hierogl. 42.) ἢ καὶ μῦθος,  
 ἰχθύν ζῶγραφεῖσι, διὰ τὸ τὴν τέτη  
 βρωσιν μισεῖσθαι, καὶ μεμιάνθαι ἐν  
 τοῖς ἱεροῖς. Neque apud aegyptios  
 tantum sed et ad alias quoque gen-  
 tes pertinebat haec religio: *Auctor  
 de dea Syria*—ἰχθύας χρεῖμα ἔρον  
 νομίζουσι, (Sacerdotes Hieropolitani)  
 καὶ ἔκοτε ἰχθύων ψαύουσι. Vnum in-  
 super *Plutarchum* hac de re addam;  
 ὅθεν ἔπαρ' αἰγυπίοις μόνον, ἔδ' ἐν Σύ-  
 ροις, ἀλλὰ καὶ παρ' ἑλλήσι γέγονεν ἀ-  
 γνείας μέρος ἀποχὴ ἰχθύων. *Sympos.*  
 lib. 8. Q. 8.

<sup>3</sup> πρῶτα δὲ μηνός.] Qu. annon la-

teat mensis aegyptiaci nomen sub  
 voce πρῶτα? *Markland.*

<sup>4</sup> ἀποφαίνων.] Caeterae edd., ad  
 unam omnes, ΑΠΟΦΑΙΝΕΙΝ prae-  
 stant, quae tamen vox hoc in loco,  
 salva constructione, neutiquam stare  
 potest. MS. P. ΑΠΟΦΑΙΝΕΙ exhibit,  
 nihilo melius. Nostra autem  
 correctio *Baxter.* et *Markland.* ad-  
 probantes habet. Pro ΠΕΡΙΕΡΤΟΝ  
 ad *Oram. Cod. Bentl.* ΑΠΕΡΙΕΡΤΟΝ  
 adnotat. vidi.

<sup>5</sup> ἠγῶνται καὶ παρωρισμένην.] Istud  
 καὶ, otiosum quippe et ab ultima syl-  
 laba vocis praecedentis originem tra-  
 hens, delendum esse statuo.

<sup>6</sup> ἔδ' ἐν μέρῳ.] Necessè est post haec  
 verba ΤΗΣ ΓΗΣ addas, vel faltem  
 mente intelligas. Quod autem Ae-  
 gyptiū

θεῖν ἄπορειαν. ὅλως ᾗ ἢ τὴν θάλατταν ἐκ πυρρός ἢ γῆλαι ἢ παρωεισμένην, ἕδ' ἐ μέρους, ἕδ' ἐ σοιχεῖον, ἀλλὰ ἄλλοῖον αἰτίωμα διεφθορῆς ἢ νοσῶδες.

η. Οὐδ' ἐν γ' ἄλογον, ἕδ' ἐ μυθῶδες, ἕδ' ἐ ὑπὸ Δεισιδαιμονίας (ὥσπερ ἔνιοι νομίζουσιν) ἐγκατεσοχειούτο ἱεργεγίαις, ἀλλὰ τὰ μὲν, ἠθικὰς ἔχοντα ἢ χριώδεις αἰτίας, τὰ δ' ἐ οὐκ ἀμοιρα κομψότητος ἰσορρικῆς ἢ φυσικῆς ἐσιν. οἷον τὸ αἰὲ Κρομμύς· τὸ γ' ἐμπεσεῖν εἰς τὸν ποταμὸν, ἢ ἀπολέσθαι τὸν τ' Ἰσιδῶ πρόφικτον Δίκτυον τῶν κρομμύων ἐπιδρασόμενον, ἐχάτως ἀπίθανον. οἱ δ' ἐ Ἱερεῖς ἀφοσιουῦνται ἢ δυσχεραίνουσι ἢ τὸ

gyptii neque Telluris partem mare reputarent, neque Aquas ejus inter primaeva omnium rerum elementa ponerent, hac quidem in sententia non soli sunt, quippe inter Graecos etiam Philosophos reperiantur, qui eidem opinioni faverent. Empedocles enim Mare Ἰδρωτα statuebat esse τῆς γῆς ἑκκαϊομένης ὑπὸ τῆς ἡλίου διὰ τὴν ἐπιπόλαιον πλύσιν (F. ΠΥΡΩΣΙΝ): Antipho etiam Ἰδρωτα θέρεμε Oceanum vocat — sed plura vid. ap. auctor. de Placit. Phil. lib. 3. c. 16.

ἢ δυσχεραίνουσιν ἐ τὸ κρόμμυον] Secundum istud ΚΑΙ nihili prorsus est, neque quidquam valet nisi ad cursum Orationis interturbandum; ocuus igitur amovendum esse censeo: si obstinato animo retinere velis, ne-

cessa est cum Marklando rescribas, ΠΑΡΑΦΥΛΑΤΤΟΥΣΙ. Quod vero narrat Plutarchus de Caepis odio et abominationi habitis apud Aegyptios, id nequaquam (inquit Kircherus Oedip. tom. 3.) de Caepis ordinariis, quo edulio nil in aegypto tritius, sed de Caepa Scillitica intelligendum esse scias: quam, et non sine causa, oculum Typhonis appellabant. Utut vero haec se res habeat, ex hoc loco certissime constat, Caepas haec ab aegyptiis, superstitionissima licet gente, pro Diis haudquaquam fuisse habitas — Ab iis quidem accuratissime abstinabant; ita etiam a Piscibus, a Carne Suilla, a Vino, a Sale etc: Haec cetero omnia pro Diis habuisse et coluisse dementem Aegyptum?

Κρόμμυον ὡσαφυλάτηοντες, ὅτι τῆ Σελιώης φθινέσης, μόνον διτσοφεῖν τῆτο κῆ τεθηλέναι πέφυκεν. ἔστι δὲ πρὸσφορῶν ἕτε ἀγνώσων ἕτε ἑορτάζουσι, τοῖς μὲν, ὅτι διψῆν, τοῖς δὲ, ὅτι δακρύειν ποιεῖ τὰς πρὸσφερῶν. ὁμοίως δὲ κῆ τῶν ἕν δυνίερῶν ζῶον ἠγοῦνται. ὡς μάλιστ᾽ ὀχεύεσθαι δοκεῖ τῆς Σελιώης φθινέσης· καὶ τῶν τὸ γάλα πινόντων ἴξασθαι τὰ σώματα λέπραν κῆ ψωρικὰς τραχύτητας. <sup>2</sup> τὸν δὲ λόγον, ὃν, θύοντες ἀπαξ ἕν ἐν πανσελιώω <sup>3</sup> καὶ ἐπιόντες, ἐπιλέ-

nemo est, qui talia afferat. Ignorabant quippe exterae Gentes veras Rituum et Caeremoniarum causas quae ab his hominibus observata fuerint; hinc tanti de his rebus errores in Vulgus emanaverunt; hinc suum Porrum et Caere Nefas deduxit Satyrorum ille scriptor; atque hinc est quod affirmat *Plinius*, Nat. Hist. l. 19. c. 6. *Allium. Caerisque inter Deos in Jurejurando habet Aegyptus.*

<sup>2</sup> τὸν δὲ λόγον ὃν θύοντες ἀπαξ ἕν ἐν πανσελιώω] Post ΑΠΑΞ, aliquam amplius desiderari vocem, facile est videre; et praesto est *Aelianus*, qui eam nobis suppeditabit. Ita enim *Sophista* ille, lib. x. de Animal. c. 16. Πισπιεύουσι δὲ αἰγύπτιοι τὴν ἕν κῆ Ἡλίω, κῆ Σελίω ἔχθιστην εἶναι. Ὅταν δὲ αἰγύπτιοι πανηγυρίζουσι τὴν σελίω, θύουσιν αὐτῇ ΑΠΑΞ ΤΟΥ ΕΤΟΥΣ

ἕν, ἄλλοι δὲ ἕτε ἐκείνη, ἕτε ἄλλω τῶ τῶν θεῶν τὸδε τὸ ζῶον ἐθέλουσι θύειν, ὡς μουσαρόν. De hoc Festo loquitur etiam *Herodotus*. l. 2. c. 47. ἕν δὲ αἰγύπτιοι μιὰρὸν ἠγῆσαι θηρίον εἶναι. . . τοῖσι μὲν νῦν ἄλλοισι θεοῖσι θύειν ἕτε δὲ δικαιοῦσι αἰγύπτιοι: Σελίω δὲ κῆ Διονύσω μένοισι, τῶ αὐτῆ χρόνῳ, τῆ αὐτῆ πανσελιώ τὰς ἕτε θύσαντες, πατιόουσι τῶν κρεῶν. κ. τ. λ. Licet vero hoc in loco non quotannis fuisse hoc Sacrificium asserat *Herodotus*, uti ante *Aelianus*, abunde tamen ostendit solenne fuisse Sacrificium, saepius occurrens. Neque quidem fas est existimare tam odiosum animal omni Plenilunio sacrificatum fuisse.—Omnino igitur *Aeliani* retinenda est lectio, et *Plutarcho* insuper restituenda. Quod autem de hujus Bestiae *Lacte* superius attulit *Auctor noster*, à *Manethone*, ut plurima alia, desumptum esse

γασιν, ὡς ὁ Τυφὼν καὶ διώκων πρὸς τὴν πω-  
 σέλιων δῦρε τὴν ξυλίνω σορὸν, ἐν ἣ τὸ σῶμα  
 τῆ Ὀσίειδ<sup>3</sup> ἐκείτ, ἢ διέρριψεν, ἔ πωλύτες λπο-  
 δέχον<sup>4</sup>, ἢ παρακυσμάτων ὡσπερ ἄλλα πολ-  
 λὰ νομίζοντες. ἀλλὰ τυφλώ γε ἢ πολυτέλειαν  
 καὶ ἠδυπάθειαν ἔτω παραβάλλεαι τὰς παλαιὰς  
 λέγασιν, ὡς ἢ σήλω ἔφασαν ἐν Θήβαις ἐν τῷ  
 ἱερῷ κείτ καταράς ἐγεγραμμένας ἔχασαν καὶ  
 Μείνι<sup>5</sup> ἔ βασιλέως, ὅς πρῶτ<sup>6</sup> Αἰγυπλίους τ<sup>7</sup>  
 ἀπλάττε ἢ ἀχρημάττε καὶ λιτῆς ἀπήλλαξε διαί-

esse videtur. Ita enim Historicus ille, uti hac de re ab *Aeliano* loco supra memorato laudatur, ἀκέω δὲ καὶ Μανέθωνα τὸν αἰγύπτιον σοφίας εἰς ἀκρον ἠηλακότα ἀνδρα εἰπιῖν, ὅτι γάλακτι<sup>8</sup> ἰεῖα γευσάμεν<sup>9</sup> ἄλφων ὑποπίμπλασαι καὶ λέπρας. *Hieropolitani* porro sacerdotes σύας ἱναγίας νομίζοντες, ἔτε θύουσι, ἔτε σιλίουσαι. ἄλλοι δὲ ἔ σοφίας ἱναγίας, ἀλλὰ ἱεὺς νομίζουσι. *Auct. de Deo Syria*, ad 3 Vol. *Lucian*. Ed. Nup. pag. 487.

<sup>3</sup> καὶ ἰεθίουσαι.] Hanc, quam praefero, Lectionem sagacissimo *Bentleio* debet Lector. ΚΑΤΕΣΘΙΟΝΤΕΣ enim aliae Edd. exhibent. Emendat *Cl. Markland*. ΚΑΙ ΚΑΤΕΣΘΙΟΝΤΕΣ.

<sup>4</sup> παρακυσμάτων.] Nulla est omnino hujus vocis in hoc loco significatio. Legendum igitur arbitror, cum *Xyland. Baxt. Bentl.* ΠΑΡΑΚΟΥΣΜΑΤΙΟΝ: quo quidem verbo neque

Ἰξ αὐτῆς. τὸ ἦ Πολλάκις, εἰώθαμεν καὶ Τεῖς λέγειν, ὡς τὸ Τρισμάκαρες, καὶ <sup>5</sup> Δεσμοὶ μὲν Τρεῖς τόσοι, ἀπείρνες. εἰ μὴ, νῆ Δία, κυρίως ἐμφαίνεται τὸ Τριπλάσιον ὑπὸ τῷ παλαιῶν. ἢ γὰρ ὑγρα φύσις, ἀρχὴ ἔ γένεσις ἕσα πρώτων, Ἰξ ἀρχῆς τὰ πρῶτα τεῖα σώματα, γῆν, ἀέρα, καὶ πῦρ ἐποίησε. καὶ γὰρ ὁ περσιθέμενος τῷ μύθῳ λόγῳ, ὡς τῷ Ὀσίριδῳ ὁ Τυφὼν τὸ αἰδοῖον ἔρριψεν εἰς τὸν ποταμὸν, ἢ δὲ Ἴσις ἔχ ἄξεν, ἀλλ' ἐμφορὸς ἀγαλμα θεμελίη ἔ καλασκυάσατα, τιμᾶν καὶ φαλληφορεῖν ἔταξεν, <sup>6</sup> ἐνταῦθα ἦ

Generationis Symbolum esset τὸ θρίον: ΟΤΙ (sic enim legerem pro ΚΑΙ, quae videtur particula ex repetitione nata) οὐκ εἶ κ. τ. λ.

<sup>3</sup> ἀγαλμα προλ. καὶ περιφ. ἔ τὸ αἰδ.] Vt ut sincerus integerque hic tibi locus prima forsan facie ostendet esse, ita vero se rem habere non ego isum, qui tibi praestabo. Cujus enim statua in hac Pompa Phallica circumferrebatur? num incertam prorsus hanc rem nobis reliquisset Auctor? Ut ipsum argumentum satis demonstrat eum revera nominasse cujus esset haec Statua, Osiridis scil. vel τῷ Θεῷ, de quo jam agit. Rescribas igitur necesse est, ἀγ. προλ. καὶ περιφέρεισιν ΤΟΥ ΘΕΟΥ, ἔ τ. αἰδ. vel, si malis, ἀγαλμα π. κ. π. ΑΥΤΟΥ &c. Cum enim statim sequatur, ἀρχὴ γὰρ ὁ

Θεός, hinc satis pateat vel ipsius Osiridis nomen praeciisse, vel τῷ Θεῷ, aliter enim nulla esset omnino consequentia. Plutarch. infra, πανταχῶ δὲ καὶ ἀνθρωπόμορφον Ὀσίριδῳ ἀγαλμα δεικνύσιν, ἐξορθιάζον τῷ αἰδοίῳ κ.τ.λ. Pignorius porro in expositione Mens. Isiac. p. 3. antiquam gemmae sculpturam profert, in qua Osirin cum triplici pene ad Pamyliam indicandam cernere est.

<sup>4</sup> ἀρχὴ γὰρ ὁ Θεός] Qu: an leg. ἀρχὴ γὰρ ΓΕΝΕΣΕΩΣ ὁ Θεός. ut, (p. 660. 25. Ed. Steph.) ἀρχὰς γενέσεως postea dicit. Markland.

<sup>5</sup> Δεσμοὶ τρεῖς τόσοι] Lege ΤΡΙΣ τόσοι. idem.

<sup>6</sup> ἐνταῦθα δὲ παραχωρεῖ] Istud ΔΕ abundare videtur.



πρωχωρεῖ, διδάσκων ὅτι τὸ γόνιμον ἢ τὸ σπερματικὸν τῷ θεῷ πρῶτον ἔχεν ὑλλῶ τὴν ὑγρότητα, ἢ δὲ ὑγρότητος ἐνεκράθη τοῖς πεφυκόσι μετέχαιν ἡμέσεως. ἄλλο δὲ λόγος ἐστὶν Αἰγυπτίων, ὡς <sup>7</sup> Ἀποπις, Ἡλῖς ὢν ἀδελφός, ἐπολέμει τῷ Διῷ, τὸν ἧ<sup>8</sup> Ὀσιριν ὁ Ζεὺς συμμαχήσαντα καὶ συγκατασπράμνον ἀπὸ τὸν πολέμιον, παῖδα δέμῃρος, Διόνυσον περσηγόρδουσε. ἢ τέττα δὲ τῷ λόγῳ τὸ μυθώδες ἐστὶν ἀποδείξαι <sup>8</sup> τῆς πρῶτα φύσιν ἀληθείας ἀπλόμνον. Δία μὲν γὰρ Αἰγύπτιοι

<sup>7</sup> Ἀποπις ἡλῖς ὢν ἀδελφός] Hic Apopis idem videtur fuisse atque Aegyptiorum *Apis*, Graecorum *Eraphus*. Herod. lib. 2. c. 153. ὁ δὲ ἄπις κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν ἐστὶν Ἐπαφός. Amplissimus hic dicendi campus foret de consortio inter Aegyptias graecafque Fabulas, sed non his jam locus.

<sup>8</sup> τῆς πρῶτα φύσιν ἀληθείας] Imo τῆς ΠΕΡΙ φύσιν ἀληθ. i. e. φυσικῆς ἀληθ. ut saepius dixerit. Nam, ut ait *Plutarchus* in Libro deperdito, ἡ μὲν παλαιὰ φυσιολογία, ἢ παρ' Ἑλλήσι καὶ Βαβυλαίοις, λόγῳ ἦν φυσικὸς ἐγκεκαλυμμένος μύθος, τὰ πολλὰ δὲ αἰνιγματῶν καὶ ὑπονοιῶν ἐπίκρυφτος, καὶ μυστηριώδης διολογία. Extant apud *Euseb. Praep. Ev.* lib. 3. c. 1. Eandem etiam Correctionem fecerint et *Xyland* et *Markland*.

<sup>9</sup> καὶ ἐώνυσι τὰς ἀναθυμιάσεις.] Post hanc vocem, amoto colo, com-

ma interpunxi, et tum demum post τέθηλεν colon addidi. Priore enim Argumento, quo ostendere conatur *Auctor* eisdem prorsus esse *Dionysum* et *Ostrim*, olim peracto, novam jam orditur ad eandem rem probandam, quod scilicet. "*Hedera* utrique sacra fuit". Hac igitur de causa, cum ἔτι ΤΕ τὸν ΚΙΤΤΟΝ, ΟΝ etc. scriptum reperitur, maximo tamen cum dispendio tum sensus tum constructionis, levissimam modo correctionem introduce-rem, legeremque adeo, ἔτι ΔΕ ὁ ΚΙΤΤΟΣ, ὃν Ἕλληες καθιερέσι etc. vel potius, ἔτι δὲ, τὸν κίττον Ἕλληες τε καθ. etc. Ita omnia sana fiant et perspicua. *Diod. Sic.* lib. 1. pag. 15. Τῷ δὲ κίττῳ τὴν εὐρεσιν ἀνατιθέασιν Ὀσίριδι, καὶ καθιερέσιν αὐτὸν τέττω τῷ θεῷ, καθάπερ οἱ Ἕλληες τῷ Διονύσῳ. καὶ κατὰ τὴν αἰγυπτίων Διάλεκτον ὀνομάζεσθαι φασὶ τὸν κίττον φυτὸν Ὀσίριδος — *Bacchus* κισσοφόρος, et φιλοκισσοφόρος

τὸ πνεῦμα καλοῦσιν, ὧ πολέμιον τὸ αὐχμη-  
ρὸν ἢ πυράδες· τῆτο δὲ Ἡλιος μὲν οὐκ ἔστι, πρὸς  
δὲ Ἡλιον ἔχει τινὰ συγγένειαν. ἢ δὲ ὑγρότης σβεν-  
νύσσει πρὸς ὑπερβολὴν τῆς ξηρότητος, αὖξει  
καὶ ῥώννυσι τὰς ἀναθυμιάσεις, ὑφ' ὧν τὸ πνεῦ-  
μα τρέφεται καὶ τέθηλεν.

λζ. Ἐπὶ δὲ τὸν Κιτλὸν, ὃν Ἑλλήνες τε καθιεργούσι  
πρὸς Διονύσω, ἢ παρ' Αἰγυπτίοις λέγεται Χενό-  
σιαις ὀνομάζεσθαι, σημαίνουσι τῶ ὀνόματι  
(ὡς φασί) φυτὸν Ὀσίριδ<sup>ος</sup>. Ἡ Αἰγύτων τοίνυν

κισσοφόρο<sup>ς</sup> omnibus notus est ex  
Hymnis ei factis.

[Ἡ Αἰγύτων τοίνυν κ. τ. λ.] “ Muti-  
lum esse hunc locum, totumque  
“ id quod ex Epistola *Alexarchi* re-  
“ tulit *Aristo* intercidisse, affirmat  
*Xylander*”. Interpretes vero, tum  
Anglicus tum Gallicus, licet nihil  
ejusmodi suspicari videantur, inutiles  
tamen in iis reddendis Labores po-  
fuisse, certum est — Inter mendo-  
sissimos quidem hunc esse locum  
adnumerandum haud eo inficias,  
*mutilum* vero, multa que adeo deside-  
rari, hac quidem in re ignoscant  
mihi viri eruditi, si me secum con-  
sentientem non habeant. Sed argu-  
mentum Auctoris, mentemque totam  
prius perpendamus, et tum demum  
ad judicandum castigandumque in-  
structiones accedemus. Constat igitur  
Auctoris ratiocinationem in hunc  
unicum scopum collimare, ut demon-

stret, eosdem prorsus esse *Dionysium*  
et *Osirim*. Quam quidem rem, cum  
ex philosophica Mythologiae expla-  
natione haecenus evincere conatus  
fuerit, ad alia jam transgreditur me-  
dia, ad doctorem scilicet. Hominum  
Auctoritates, unde plenius, de quo  
disputatur, negotium confici queat —  
“ Ad *Aristonem* igitur primum pro-  
“ vocat, qui, in Libro quem scripsit  
“ de *Atheniensium* *Coloniis*, se inci-  
“ disse memorat in quandam *Alex-*  
“ *archi* *Epistolam*, qua quidem in  
“ *Epistola* narratur, quod *Dionysus*  
“ *Isidis* *filius* fuerit, quodque ab Ae-  
“ *gyptiis* *Afiris* (non *Osiris*) voca-  
“ retur, quo nomine *Fortis* signifi-  
“ catur: qua quidem in Re secum  
“ consentientem habet *Hermacum*,  
“ qui, in lib. 1. de *Aegyptiis*, *Osirim*  
“ *fortem validumque* interpretatur.  
“ Omitto vero *Mnaseam*, qui *Osirim*  
“ *Dionysum* et *Sarapin* cum Graeco  
Ἐραφῶ

ὁ γεγραφὼς <sup>2</sup> Ἀθηναίων Ἀποικίαν, ἐπισολῆ τινι  
<sup>3</sup> Ἀλεξάρχου <sup>3</sup> περιέσειε νήιδου. ἰσορεῖται δὲ καὶ  
<sup>4</sup> Ἰσιδου υἱὸς ὢν ὁ Διόνυσος, ὑπὸ Αἰγυπτίων ὄκ  
<sup>5</sup> Ὀσιρις <sup>4</sup> ἀλλὰ Ἀρσαφῆς (ἐν τῷ ἄλφα γράμ-  
 ματι) <sup>5</sup> λέγεσθαι, δηλοῦντὸ τὸ ΑΝΔΡΕΙΟΝ τῆ ὀ-  
 νόματος. <sup>6</sup> ἐμφαίνει δὲ τῆτο καὶ ὁ Ἑρμαῖος, ἐν  
 τῇ πρώτῃ περὶ τῶν Αἰγυπτίων ΟΜΒΡΙΜΟΝ γάρ

“ *Erarho* eosdem esse asserit. O-  
 “ mitto etiam *Anticlidem*, qui *Ifin*  
 “ *Baccho* nupsisse affirmat; quas e-  
 “ nim antea retulimus Festorum et  
 “ Sacrificiorum similitudines, aper-  
 “ tius quam Testes rei fidem faci-  
 “ unt”. — Evidēto jam eundem  
 esse *Osirim* cum *Dionyso*, observandum  
 porro est, quod hi Philosophi in sua  
 Fabula explicanda, “ *Sirium Sidus*,  
 “ sive *Solem*, *Osiridis* esse statuunt, ex  
 eo quod *Aquam* ducit” &c. Quic-  
 quamne igitur est, mi Lector, quod  
 jam desideres vel ad historiam, vel  
 ad sententiam Auctoris adimplen-  
 dam? His igitur ita explanatis ad  
 Graeca expendenda nosmet jam ac-  
 cingamus.

<sup>2</sup> Ἀθηναίων ἀποικίαν] Scribe Ἀθη-  
 ναίων ΑΠΟΙΚΙΑΣ, de una etenim A-  
 theniensem Colonia tantum scrip-  
 sisse *Aristona* hunc neutiquam pro-  
 babile. De Colonia vero, quas ad di-  
 versas Terrarum Orbis partes miserit  
 haec Civitas, non hic vir tantum, sed  
 et complures alii scripserint. ΑΠΟΙ-  
 ΚΙΑΣ etiam habent Notulae Cl.  
*Marklandi*.

<sup>3</sup> περιέσειε νήιδου. ἰσορεῖται δὲ καὶ

Ἰσιδου υἱός] Nihili haec esse, neque  
 stare posse, non necesse est pluribus  
 ostendam. At quam facili remedio,  
 huic tam depravatissimo loco succur-  
 rere queas! Legas igitur ΠΕΡΙΠΕ-  
 ΣΕΙΝ ΦΗΣΙ (quod verbum in hu-  
 jusmodi narrationibus saepius a Li-  
 brariis omissum est) EN HI ἰσορεῖται  
 ΩΣ καὶ Ἰσιδου κ. τ. λ. scil. pro NHI-  
 ΔΟΣ, monstro verbi, iisdem ferme  
 litteris, EN H ΩΣ.

<sup>4</sup> ἀλλὰ Ἀρσαφῆς] Mirum est, er-  
 rorem tam manifestum tanta patien-  
 tia tolerari posse! ocyus igitur ΑΣΙ-  
 ΡΙΣ rescribas; ex ipsa enim oratione  
 patet, nullum fuisse aliud discrimen  
 inter *Osirin*, nomenque illud quod  
 apud *Alexarchi* Epistolam extaret,  
 quam quod hoc cum Α, (ἐν τῷ ἄλ-  
 φα γραμ.) illud cum Ο scriptum  
 inveniretur.

<sup>5</sup> λέγεσθαι] Priorum Emendationum  
 ratio requirit, ut ΛΕΓΕΤΑΙ, non  
 λέγεσθαι, hoc in loco scribatur.

<sup>6</sup> ἐμφαίνει δὲ τῆτο] Emendandum  
 censeo ἐμφ. ΔΗ τῆτο; porro, scil.—  
 Quod autem Dionysus Ifidis fuit Fi-  
 lius, videre etiam est apud *Orpheū*  
*Hymnos*,

Φησι μεθερμωδύμνον εἶναι τὸν Ὀσιριν. ἐὼ δὲ  
 7 Μνασέαν τῷ Ἐπάφῳ προσπιθέντα τὸν Διόνυ-  
 στον ἢ τὸν Ὀσιριν, ἢ τὸν Σάραπιν ἐὼ καὶ Ἀν-  
 πικλείδην, λέγοντα τῷ Ἴσῳ Περμηθεύως εἶσαν  
 θυγατέρα, 8 Διονύσῳ συνοικεῖν. αἱ γὰρ εἰρημύαι  
 αὖτε τὰς ἐορτὰς ἢ τὰς θυσίας οἰκειότητες 9 ἐναρ-  
 γεσέραν τῷ μαρτύρων τῷ 10 πῖσιν ἔχουσι.

Σὺν σῇ μητρὶ Θεᾷ μελανηφόρῳ Ἴσιδι  
 σεμνῇ

Αἰγύπτῳ παρὰ χῶμα σὺν ἀμφιπό-  
 λοισι τιθήναις.

7 Μνασίαν] Olim corrupte, MNA-  
 SAN. Quum autem apud Suidam,  
 aliosque idoneos Auctores ΜΝΑΣΕΑΣ  
 semper dictus sit Colophonius ille, nul-  
 lus possit esse dubitandi locus, quin  
 ita a Plutarchi manu hoc nomen  
 scriptum fuerit.

8 Διονύσῳ συνοικεῖν] Ab Herodoto  
 quoque (lib. 2. c. 156.) haec res me-  
 moratur; Ἀπόλλωνα δὲ καὶ Ἀρτεμιν  
 Διονύσε καὶ Ἴσιδι λέγεσθαι εἶναι παῖ-  
 δας.

9 ἐναργεσέραν τῶν μαρτύρων] F.  
 ΠΑΝΤΩΝ μαρτυρ. Markland.

10 πῖσιν ἔχουσι] Post has voces Co-  
 lon interpungo. Novam quippe Pe-  
 riodum jam inchoat Auctor. Evideto  
 enim tandem, quod *Osiris* non alius  
 fit, quam ipse *Dionysus*; ad Fabulam  
 ulterius explicandam (quam rem  
 paullo intermiserat) de novo se ac-  
 cingit. Pergit igitur in eadem Hy-  
 pothesi enarranda, quam antea ex-  
 planandam susceperat, "*Osirim* scil.  
 "totius humidae naturae Dominum

"esse, Stellamque adeo *Sirium*, sive

"*Solem* ei sacratum esse, ob potentiam

"nim. qua est indutus *Sirius* ad hau-

"riendas *Aquas*: hac etiam causa

"*Leonem* venerantur" &c. Pro ΙΣΙ-

ΔΟΣ igitur, quod jam scriptum inve-

nitur contra mentem plane et argu-

mentum Auctoris, necesse est ΟΣΙΡΙ-

ΔΟΣ rescribamus; non enim *Isis*,

sed *Osiris*, *Sol* sive *Sirius* dictus e-

rat, uti ipsa tibi vox satis ostendat.

vid. vero quae a Plutarcho postea affe-

runtur; εἰσὶ γὰρ οἱ τὸν Ὀσιριν ἀνικτρῶς

ΗΛΙΟΝ εἶναι, ἢ ὀνομάζεσθαι ΣΕΙΡΙΟΝ

ὑφ' ἑλλήνων λέγουσις. Idem quoque

apud Euseb. invenire est, Praef.

Euseb. lib. 1. pag. 27. Τῶν δὲ παρ'

ἑλλήσι παλαιὰ μυθολόγων τινὲς τὸν

ΟΣΙΡΙΝ, Διονύσον προσαγορεύουσι,

ἢ ΣΥΡΙΟΝ (Scr. ΣΕΙΡΙΟΝ) παρ-

ωνύμως. Porro, cum mox dicat

Auctor, ὡς δὲ Νεῖλον ὁ ἀ. ἔτως Ἴσι-

διδῶμα κ. τ. λ. Hinc plane se-

quitur, quae antecedant neutiquam

ad *Isidem*, ad *Osirin* vero omnia re-

ferri debere. Alia poene infinita

produci possent exempla, unde de-

monstretur, *Sirium*, *Solem* nominari:

*Solem* vero ad *Isidem* referri inter

λη. Τῶν δὲ ἀστρων τὸν Σείριον, Ἰσιδ<sup>Θ</sup> νομίζουσιν, ὑδραγωγὸν ὄντα· καὶ τὸν Λέοντα τιμῶσι, καὶ χάσμασι λεονταίοις τὰ τῶν ἱερῶν θυρώματα κοσμεῖσιν, ὅτι πλημμυρεῖ Νεῖλος

Ἡελίς ταπρῶτα σπερχομύριο Λέοντι.

Ὡς δὲ Νεῖλον Ὀσίειδ<sup>Θ</sup> ἀπορροῦν, ἕτως Ἰσιδ<sup>Θ</sup> σῶμα Ἰλιῶ ἔχουσι καὶ νομίζουσιν, ἐπᾶσαν, ἀλλ' ἥς ὁ Νεῖλος ἐπιβαίνει σπερμαίνων καὶ μινύμυρος. ἐκ δὲ τῆς σπερσίας ταύτης γινώσκει τὸν Ὠρεν. ἐστὶ δὲ Ὠρες, ἡ πρῶτα σώζουσα καὶ τρέφουσα καὶ τῷ φειέχοντος Ὠρα καὶ κροῖσις ἀέρος, ὃν ἐν τοῖς ἔλεσι τοῖς φεῖ Βούτον ὑπὸ Λητὸς τεφλιῶν λέγουσι. ἡ γὰρ ὑδατώδης καὶ διαβροχὸς γῆ μάλιστ' αὐτὰς σβεννύουσας καὶ χαλῶσας τὴν ξηρότητα καὶ τὸν αὐχμὸν ἀναθυμιάσεις πιδιῶται. Νέφθου δὲ καλοῦσι τὴν γῆς τὰ ἔχματα καὶ παρθέου καὶ ψαύοντα τὴν θαλάττης. διὸ καὶ Τελουτὴν ἐπονομάζουσι τὴν Νέφθου, καὶ Τυφῶνι ἢ σπειροικεῖν λέγουσι. ὅταν ἢ ὑπερβαλὼν καὶ πλεονάσας ὁ

omnia ejus nominis interpretamenta, et symbola nunquam invenire est; adeo ut certissima sit correctio nostra. ΑΣΤΡΟΝ vero et *Solem* et *Lunam* vocabant antiqui. vid. post. p. 368. A *Ed. Francof.*

<sup>1</sup> γῆν ἔχουσι καὶ νομίζουσιν] F. καὶ ΟΝΟΜΑΖΟΥΣΙΝ *Markland.*

<sup>2</sup> Διὸ καὶ τελευτὴν] *Novissima* vox ex emendatione nostra est; antea enim ΤΕΛΕΥΤΑΙΗΝ corrupte extabat: nostra vero lectio ipsum *Plutarchum*

Νεῖλος, ἐπέκεινα πλησιάσῃ τοῖς ἐχαλδύεσσι, τῷτο  
 μίξιν Ὀσίειδ<sup>θ</sup> πρὸς Νέφθω καλῶσιν, ὑπὸ  
 ἀναβλασανόντων φυτῶν ἐλεγχομένη. ὣν ἢ τὸ  
 Μελίλωτόν ἐστιν, ἔ, φησι μύθ<sup>θ</sup>, ἀπορρύεντος, ἢ  
 ἀπολειφθέντος αἰσθησιν γυνεῶς Τυφῶνι τῆς πρὸς  
 τὸν γάμον ἀδικίας. ὅθεν ἢ μὲν Ἰσις ἔτεκε <sup>3</sup> γνη-  
 σίως τὸν Ὄρον, ἢ ὃ Νέφθω, σκότιον τὸν Ἄνεβιν.  
 ἐν μὲν τοῖς ταῖς διαδοχαῖς τῶν Βασιλέων ἀνα-  
 γράφουσι τὴν Νέφθω Τυφῶνι γημαμένην, <sup>4</sup> πρῶ-  
 την γυνεῶς σείραν. εἰ δὲ τῷτο μὴ πρὸς γυναικὸς,  
 ἀλλὰ πρὸς τὸ Θεοῦ λέγουσιν, <sup>5</sup> αἰνίτλονται τὸ παν-  
 τελές τῆς γῆς ἀγονον καὶ ἀκαρπον ὑπὸ σερ-  
 ρότητος.

λθ. Ἡ δὲ Τυφῶνος ἐπιβελή ἢ τυραννίς, αὐχ-  
 μεῖ δυνάμεις ἦν ἐπικρατήσαντος, ἢ διαφορήσαν-  
 τος τὴν τε γυνώσαν ὑγρότητα τὸν Νεῖλον ἢ αὐ-  
 ξεσαν. ἢ δὲ Συεργὸς αὐτῶ, Βασιλὶς Αἰθιοπῶν,  
 αἰνίττεται πνοὰς νοτίους ἔξ Αἰθιοπίας· ὅταν γὰρ  
 αὐταὶ τῶ Ἐτησίῳ ἐπικρατήσωσι τὰ νέφη πρὸς

*tarchum* comprobantem habet; ita enim supra p. 31. τῇ δὲ πέμπτῃ Νέφθω, ἢ ἐ Τελειυτῆν κ. τ. λ.

<sup>3</sup> γνησίως τὸν Ὄρον] Forte ΓΝΗΣΙΟΝ τὸν Ὄρον. *Markland.*

<sup>4</sup> πρῶτην γυνεῶς] *Scribendum est*

omnino ΠΡΩΤΟΝ. Quid enim? Num *Nephtys* prima mulierum sterilis fuisset? praestantissimum *Markland.* adprobantem habeo.

<sup>5</sup> αἰνίτλονται τὸ παντελές τῆς γῆς] Olim conieceram pro ΠΑΝΤΕΛΕΣ

τιῶ Αἰθιοπίαν ἐλαυνόντων, καὶ κωλύσωσι τὰς  
 τὸν Νεῖλον αὐξήσας ὄμβροισι καθάρραγῆναι, κα-  
 τέχων ὁ Τυφὼν ἐπιφλέγει· καὶ τότε κρατήσας  
 πλωτάπασι ἵ τὸν Νεῖλον, εἰς ἑαυτὸν ὑπὸ ἀδενείας  
 συσαλένῃα ἢ ῥυένῃα, κοῖλον ἢ ταπεινὸν ἐξέωσεν  
 εἰς τὴν Θάλασσαν. ἢ γὰρ λεγομένη κάθειρξις εἰς  
 τιῶ σορὸν Ὀσίειδ<sup>Θ</sup>, εἰδὲν ἔοικεν ἀλλ', ἢ κρύψιν  
 ὑδατ<sup>Θ</sup> ἢ ἀφανισμόν αἰνίττεσθ. διὸ μὲν ὁ Ἀθύρ  
 ἀφανισθῆναι τὸν Ὀσίειν λέγουσιν, ὅτε, τῶν Ἐπι-  
 σίων ἀπολειπόντων πλωτάπασιν, ὁ μὲν Νεῖλ<sup>Θ</sup>  
 ὑπονοσεῖ, γυμνῆται δὲ ἡ χώρα· <sup>2</sup>μηκνωμένης δὲ  
 τῆς νυκτὸς, αὐξεται τὸ σκότ<sup>Θ</sup>, ἢ δὲ τῆ φωτὸς  
 μαραίνεται καὶ κρατεῖται δυνάμεις, οἱ ἱερεῖς ἀλ-

rescribi oportere, τὸ ΠΑΡΑΘΑΛΑΣ-  
 ΣΙΗΣ τῆς γῆς—quippe secundum hos  
 Philosophos, uti paullo ante obser-  
 vatum fuerat, *Nephtys* erat extremae  
 Aegypti partes, quae *Mare attinge-  
 rent*—at minori forsan immutatione  
 opus est, uti optime me monuit eru-  
 ditissimus ille *Markland*. rescribendo,  
 τὸ ΠΑΝΤΕΛΩΣ τῆς γῆς ἀγορον. sc.  
 τὸ παντ. ἀγορον τῆς γ.

<sup>1</sup> τὸν Νεῖλον εἰς ἑαυτὸν] Ita certifi-  
 cima ex Emendatione excudendum  
 esse jam procuravi, quum antea ab-  
 surdissime legeretur ΕΙΣ ΕΝΑΝΤΙ-  
 ΟΝ—“ Nilum scil. in diversam par-  
 tem fluxisse, i. e. fontes versus, ver-  
 tente *Xylandro*. Ex nostra Correc-  
 tione, quae *Bentleii* etiam in men-

tem venisse animadverti, omnia cla-  
 ra et aperta. Audias enim *Senecam*,  
*Quaest. Nat. IV. 2.* “ Si *Thaleti* cre-  
 dis, *Etesiae* discedenti *Nilo* resi-  
 stunt, et *Cursus* ejus acto contra  
 Ostia mari sustinent, ita reverbera-  
 tus *in se* recurrit, nec crescit, sed  
 exitu prohibitus resistit, et quacun-  
 que mox potuit inconcussus erum-  
 pit”—Eandem *Thaletis* sententiam  
 repetunt *Auctor Historiae Philosophi-  
 cae*, quae falso *Galeno* tribuitur, *Dio-  
 dorus* et alii.

<sup>2</sup> μηκνωμένης δὲ τῆς νυκτὸς, αἰξίται  
 τὸ σκότ<sup>Θ</sup> κ. τ. λ.] Parum sunt haec  
 integra; neque quidem restitui posse  
 arbitror nisi ex nova voce inserta.  
 Legas igitur μηκνωμ. δὲ τῆς νυκτὸς,

λά τε δρώσι σκυθρωπά, καὶ Βουῦ διάχευσον ἱ-  
ματίῳ μέλανι βυσίνῳ φειβάλλουτες, ἐπὶ πένθῃ  
τῆς Θεοῦ<sup>3</sup> δεικνύσσι (Βουῦ γὰρ Ὀσίριδ<sup>Θ</sup> εἰ-  
κόνα ἔμψυχον νομίζουσιν) ἐπὶ τέσσαρας ἡμέρας  
(ἀπὸ τῆς ἐβδόμης ἐπὶ δέκα) ἐξῆς. καὶ γὰρ τὰ  
πενθέμια τέσσαρα, πρῶτον μὲν ὁ Νεῖλος ἀ-  
πολείπων καὶ ὑπνοσῶν, δεύτερον δὲ τὰ βόρεια  
πανδύματα καλασβεννύματα κομιδῇ τῶν νοτίων  
ἐπικραλιούτων, τρίτον δὲ τὸ τὴν ἡμέραν ἐλάττονα  
γένεας τῆς νυκτός, ἐπὶ πᾶσιν ἢ τῆς γῆς ἀπογύμ-  
νωσις ἅμα τῇ τῶν φυτῶν ψιλότητι τλικαῦτα  
<sup>4</sup>φυλλορροουῶτων. τῇ δὲ ἐννάτῃ ἐπὶ δέκα νυκτός,  
ἐπὶ θάλασσαν κάτεισι. ἢ τὴν ἱερὰν κίσην οἱ Στο-

ΟΤΕ αὐξίαι κ. τ. λ. eodemque mo-  
do hunc locum supplet doctissimus  
*Markland*. *Bentleius* autem ΟΤΑΝ  
addendum censet; quam si conjectu-  
ram amplexandam esse censeas, Lec-  
tor, necesse est emendes etiam ΑΥΞ-  
ΗΤΑΙ, ΜΑΡΑΙΝΗΤΑΙ &c.

<sup>3</sup> δεικνύσσι (βῆν γὰρ Οσ. εἰκ ἔμ-  
ψυχον νομίζουσιν) Ita dedi, et di-  
stinxi. Olim enim pravissime extabat  
δεικνύσσι. Βῆν γὰρ Ὀσ. εἰκ. ΚΑΙ ΓΗΝ  
νομίζουσιν ἐπὶ &c. — ΕΜΨΥΧΟΝ vero  
pro ΚΑΙ ΓΗΝ rescripsi, monente ipso  
*Auctore*; ita enim ille, p. 109. infra,  
τὸν δὲ ΑΠΙΝ, ΕΙΚΟΝΑ μὲν Ὀσίριδ<sup>Θ</sup>  
ΕΜΨΥΧΟΝ εἶναι — emendavit *Cl.*  
*Marklandus* εἰκόνα ΑΙΣΘΗΤΗΝ. Ex  
hoc vero loco conjicere liceat, non ex

solido Auro conflatum fuisse *Bovem*  
illum, quem *Bovem* *Israclitarum*  
querelis actus fecit *Abaron*, sed  
*deauratum* potius: dubium enim  
non est, quin *Abaronis* famosissimus ille  
*Bos aureus* *Bovem* *Aegyptium*, quem  
*magni Dei Symbolum* constituisset *haec*  
*gens*, imitaretur. De *Bove* porro  
quam “ unus ex beato ministerio hu-  
“ meris proferebat in *Pompa* *Isiaca*”,  
consul. *Apul.* p. 373. *Ed. Delph.*

<sup>4</sup> φυλλορροουῶτων. τῇ δὲ ἐννάτῃ ἐπὶ  
δέκα νυκτός] Colon illud post φυλλορ.  
primus interpunxi. In iis vero quae  
sequuntur, nomen vel *mensis* alicujus  
excidisse, vel saltem alium debere  
esse diem ΤΟΥ ΑΘΥΡ certo certius  
est. Jam enim dixerat *Auctor*, Ὀσί-



λισαὶ καὶ οἱ Ἱερεῖς ἐκφέρουσι χρυσοῦ ἐντὸς ἔ-  
 χασαν κιβώτιον, εἰς ὃ ποτίμα λαβόντες ὕδατος  
 εἴχεσσι, καὶ ὅ γίνεται κραυγὴ τῶν παρόντων, ὡς  
 δὴρημύς ἔ' Οσίριδ<sup>Θ</sup>. εἶτα ὅ γῆν κάρπιμον φερώ-  
 σι τῷ ὕδατι, καὶ συμμίξαιτες δρώματα καὶ θυμιά-  
 ματα τῶν πολυτελῶν ἀναπλάττεισι μίωσιδ<sup>ες</sup>  
 ἀγαλμάτιον καὶ τῆτο σολίζουσι καὶ κοσμῶσιν, ἐμ-  
 φαίνοντες ὅτι γῆς ἐσίαν καὶ ὕδατος τὰς Θεὰς τὰ-  
 τας νομίζουσι.

εἰδ<sup>Θ</sup> ἀφανισμὸν per quatuor conti-  
 nuos dies lugere solitos esse Sacerdo-  
 tes ἀπὸ τῆς ἐβδόμης ἐπὶ δέκα, ἐξῆς,  
 scil. a decimo septimo die ad vigesi-  
 mum primum.—Si vero ponamus de-  
 scendisse eos ad Mare ejusdem Men-  
 sis die decimo nono, et tunc tempo-  
 ris *Osirin* invenisse, quare reliquos  
 duos dies lugerent? Non adeo in-  
 consulti Sacerdotes erant, ut luctus et  
 gaudia tam inconstanter inter se ad-  
 miscerent. Praeterea, secundum eo-  
 rum Sententiam, de qua jam agi-  
 mus, *Osiris* fuit ipse *Nilus*; Festum  
 igitur *Interitus*, sive ΑΦΑΝΙΣΜΟΥ  
 ejus, ad 17 mensis *Athy*, sive 14  
*Novemb.* recte celebrabant, quo  
 quidem tempore *Nilus* jam humi-  
 lis propriasque inter Ripas contra-  
 ctus mare versus submissis fluebat.  
 Quid autem? Num Resurrectionis,  
 sive *Inventionis Osiridis* Festum in-  
 ter ipsos plangendi ἀφανισμὸν ejus  
 dies celebrabant? at absurdissimum  
 hoc; neque dici permittit vel res

ipsa, vel Hypotheseos ratio. Si enim  
*Interitus Osiridis Nilis* defectum de-  
 scensumque adumbrabat; ΕΥΡΕ-  
 ΣΕΩΣ Festum necesse est referas ad  
 illud tempus, quo jam *Etesis* prae-  
 valentibus crescere incipit hic Flu-  
 vius.—Porro ipsi Ritus et Cere-  
 moniae admodum inter se diversae,  
 satis ostendant, vel demonstrent po-  
 tius duo haec Festa in idem tem-  
 pus haudquaquam occurrere posse.  
 Ad ΑΦΑΝΙΣΜΟΥ enim sive ΚΡΥΨ-  
 ΕΩΣ ΥΔΑΤΟΣ Festum, per qua-  
 tuor continuos dies deauratum Bo-  
 vem nigro Byssino amictum ἐπὶ πέν-  
 θει τῆς Θεᾶς ostendunt Sacerdotes;  
 Ad *Inventionis* vero Solennia ad  
 mare descendunt, aureamque secum  
*Arculam* efferunt Stolistae et Sacerdo-  
 tes &c—adeo ut nullum possit esse  
 dubium, quin in praesenti lectione  
 mendum aliquod lateat—Si tamen pro  
 ΝΥΚΤΟΣ, cujus vocis nulla est hoc  
 in loco significatio, (quare enim noctu  
 ad mare descenderent Sacerdotes?)

Quis

ΙΣΙΔΟΣ ἢ ΟΣΙΡΙΔΟΣ. ΙΟΙ

μ. Τῆς δὲ Ἰσιδος πάλιν ἀναλαμβάνουσης  
τὸν Ὀσιριν, ἢ ἀΐξαντός τὸν Ὠρον, δῶαθυμιά-  
σεσι ἢ ὀμίχλαις ἢ νέφεσι ῥωννύμφον, ἐπρατήθη  
μὲν, ἐκ ἀνηρέθη δὲ ὁ Τυφών. ἔ γ' εἶασεν ἡ κυρία  
ἔ γῆς Θεὸς ἀναιρεθῆναι παντάπασι τὴν ἀντικει-  
μένην τῇ ὑγρότητι φύσιν, ἀλλ' ἐχάλασε ἢ ἀνῆκε,  
<sup>1</sup> βελομένη διαμείναι τὴν κρᾶσιν. <sup>2</sup> ἔ γ' ἰὼ κόσ-  
μον εἶναι τέλειον, ἐκλείποντος ἢ ἀφανισθέντος ἔ  
πυρώδους. <sup>3</sup> εἰ δὲ ταῦτα μὴ λέγεται παρ' αὐ-

Quisquamne alius idoneus scriptor  
ita hanc ceremoniam nobis depin-  
gat?) mecum ΠΑΧΟΝΤΟΣ rescribas,  
tota difficultas statim evanescet; cla-  
ra erunt et perspicua omnia. ΠΑ-  
ΧΟΝ enim nomen fuit Mensis illius  
apud Aegyptios, quo in mense *Etesis*,  
sive *Flatibus Borealibus* invalescenti-  
bus, *Australibusque deficientibus* Ascen-  
sum *Nili* annum jam expectabant.  
Decimus vero nonus τῆ ΠΑΧΟΝ-  
ΤΟΣ in decimum quintum *Maii Jul-  
iani* incidit—scil. post Festum ΑΦΑ-  
ΝΙΣΜΟΥ, sex mensibus exactis, ΕΥ-  
ΡΕΣΕΩΣ Festum celebrabant Ae-  
gyptii Sacerdotes.

<sup>5</sup> γίνεσθαι κραυγὴν ἔ παρόντων κ. τ. λ.]  
Exclamabant scil. uti ex *Julio Firmi,  
Mat.* constat, εὐρέκα μιν, συγχαίρο-  
μιν. Ad hunc etiam Riturum adludit  
Satyricus,

Exclamare libet populus quod cla-  
mat Osiri

Invento —

<sup>6</sup> γῆν κάρπιμον] Ita mecum emen-  
daverint *Xyland, Baxt. Bentl.* antea  
enim corrupte extabat ΤΗΝ κάρπι-  
μον.

<sup>1</sup> Βελομένη διαμείναι τὴν κρᾶσιν]  
Ita secundum *Xyland. Baxt. Bentl.*  
correctionem excudendum esse pro-  
curavi. ΚΡΙΣΙΝ enim, quae vox olim  
hunc locum occupabat, prorsus ni-  
hili est.

<sup>2</sup> ἔ γὰρ ἦν κόσμον] Post ΗΝ lubens  
quidem AN partic. adderem, uti con-  
structionis ratio efflagitare videtur,  
“ *Fieri enim non possit ut mundus*” &c.  
ibid. κόσμον—ἐκλείποντος.] Qu. ex  
MSS. an ΤΟΝ κόσμον, et ΕΚΛΙ-  
ΠΟΝΤΟΣ. *Markland.*

<sup>3</sup> εἰ δὲ ταῦτα μὴ κ. τ. λ.] Absurda  
haec sunt: conjectaverat adeo sagacis-  
simus *Bentleius* legi oportere pro  
ΠΑΡ' ΑΥΤΟΙΣ, vel ΠΑΡΑ ΤΡΟΠΙΟΝ,  
vel ΠΑΡΑ ΔΕΟΝ. At minori immu-  
tatione opus fuerit, si mecum sic cor-  
rigas et distinguas εἰ δὲ ταῦτα ΜΕΝ

τοῖς, εἰκότως ἔδ' ἐκεῖνον ἂν τις ἀπορρίψει τὸν λόγον, ὡς Τυφὼν μὲν ἐκρέτει πάλαι τῆς Ὀσίριδος μοίρας· <sup>4</sup> Θάλασσα γὰρ ἦν ἡ Αἴγυπτος. διὸ πολλὰ μὲν ἐν τοῖς μετάλλοις καὶ τοῖς ὄρεσιν δὲ εἴσκειται μέχρι νεῦ <sup>5</sup> κογχύλια ἔχειν· πᾶσαι δ' ἐπηγαὶ καὶ φρέατα πλούτα, πολλῶν ὑπαρχόντων, ἀλμυρὸν ὕδωρ καὶ πικρὸν ἔχουσιν, ὡς ἂν ὑπόλειμμα τῆς πάλαι θαλάσσης ἔωλον <sup>6</sup> ἐνταυθοῖ συνερρήκηός. ὁ δ' Ἐρωτος χεῖν τῷ Τυφῶνος ἐπεκράτησε, τρέψεν, δὴ καί τινος ὀμβρίων χρομύνης,

λ. π. αὐτοῖς εἰκότως, οὐδὲ κ. τ. λ. aliam vero viam insitit praestantissimus *Markland*. locumque corruptum sic emendat—εἰ δὲ τ. μὴ λ. παρ' αὐ. ΑΠΕΙΚΟΤΩΣ, ἔδ' κ. τ. λ.

<sup>4</sup> Θάλασσα γὰρ ἦν ἡ Αἴγυπτος] Ad haec verba vel ΠΟΤΕ vel ΠΑΛΑΙ desiderari suspicor. Vix enim tam ambigue dixisset auctor, *Aegyptus erat Mare*—sed potius, uti quidem vertit *Xylander*, “*Aegyptus olim Mari fuit tecta*”. Observandum vero est, τὸ ΠΑΛΑΙ, quam vocem paullo ante legeris, haud esse notam *MS. P.* quid ni igitur in hunc locum amoveamus, ubi omnino necessarium esse videtur?—*Herod.* 1. 2. ἐπὶ Μείνι, πλὴν τῷ Θεβαϊκῷ νομῷ, πᾶσαν Αἴγυπτον εἶναι ἔλ. κ. τ. λ. unde in sequentibus, Terram Aegyptum ἐπίκλητόν τε γῆν καὶ δῶρον δ' ὀριαμῶ vocat idem, iisdemque profus argumentis ad rem probandam utitur, quibus hi philosophi, “*Conchyliis scil.*

“*quae ad montium cacumina cernuntur, Fontiumque Salsugine*”. vid. *Strab.* lib. 17.—Contra vero hanc *Herodoti*, ceterorumque Sententiam strenue disputat *Bochartus*, (*Geogr. Sacr.* lib. 4. c. 24) planeque evincit, uti reor, post maximum illud omnium Diluvium, Solum Aegyptium in eodem ferme semper fuisse statu.

<sup>5</sup> κογχύλια ἔχειν] Qu. κογχύλια ΕΚΕΙ. *Markland*.

<sup>6</sup> ἐνταυθοῖ συνερρήκηός] Sic dedi, constructione necessario postulante, pro ΣΥΝΕΡΡΥΗΚΟΤΟΣ. Quando enim ΥΠΟΛΕΙΜΜΑ et ΕΩΛΟΝ praecedunt, necesse est ΣΥΝΕΡΡΥΗΚΟΣ, eodem omnia casu legamus. Accedit porro *Bentleii* auctoritas et *Marklandi*.

<sup>7</sup> προσαγαγόντι τὴν γῆν] Num haec tibi lectio fatis fiat? Mihi certe non aequae. Paullo itaque accuratius expendamus eam. “*Cernimus enim hodie Fluvio novum aggerente*

ὁ Νεῖλος ἔξεώσας τὴν Θάλασσαν, ἀνέφηνε τὸ  
 πεδίον ἢ ἀνεπλήρωσε ταῖς προσχώσεσιν. ὁ δὲ  
 μαρτυροῦσαν ἔχει τὴν αἴθρην ὀρώμεν γ' ἔτι νῦν  
 ἐπιφέρουσι τῷ ποταμῷ νέαν ἰλιὴν ἢ<sup>7</sup> προσαγα-  
 γόντι τὴν γῆν, καὶ<sup>8</sup> μικρὸν ὑποχωρῶν ὀπίσω τὸ  
 πέλαγος, ἢ τὴν θάλασσαν, ὕψος τῶν ἐν βάθει λαμ-  
 βανόντων διὰ τὰς προσχώσεις, ἀπορρέεσαν,  
<sup>8</sup> τὴν δὲ Φάρον, ἣν Ὀμηροῦς ἦδει δρόμον ἡμέρας  
 ἀπέχουσαν Αἰγύπτου, νῦν μέγας ἔσαν αὐτῆς, ὅκα  
 αὐτὴν ἀναδραμεῖσαν, <sup>9</sup> ἔδὲ προσαναβάσαν, ἀλ-

“ Limum, terramque adducente,  
 “ paullatim recedere Mare &c”.  
 Quid si autem Fluvius novum Limum  
 Terramque secum trahat? Nonne in  
 Mare etiam secum deportare queat?  
 Contrarium quidem ex praesenti lec-  
 tione haud constat; nullum igitur  
 auctoris argumentum est. Praeterea  
 vero, quid inter est novum Limum  
 et hanc Terram quam secum trahit  
 Nilus? Imo Terra aquis dum com-  
 misceatur, ipsummet novum Limum  
 conficit. Corruptam igitur veterem  
 esse lectionem affirmo, ita tamen ut  
 certissimam ei medelam afferre vale-  
 as, si modo mecum rescribas, καὶ προσ-  
 αγαγόντι THI ΓHI — “ Cernimus,  
 “ scil. hodie, vetus Aegypti Solum  
 “ nova quasi incrementa quotannis  
 “ accipere ex novo Limo quem secum  
 “ ex Aethiopia adducit Nilus, Ter-  
 “ raeque antiquae adjicit” — Atque  
 hinc quidem, secundum *Servium*, (Not.  
 ad *Georg.* IV. ῥ. 291.) Nilus dictus

est, quasi NEAN IATN trahens. Velle  
 vero auctorem accessionem quandam  
 novam veteri Aegyptio Solo fieri ex  
 novo Limo, plane constat ex iis, quae  
 statim subjicit, ὕψος τῶν ἐν βάθει λαμ-  
 βανόντων διὰ τὰς προσχώσεις — Si ta-  
 men obstinato animo veterem retineri  
 posse lectionem contendas, necesse  
 saltem est reddas ac si scriptum fuisset,  
 καὶ ἀγαγόντι πρὸς τὴν γῆν.

<sup>8</sup> τὴν δὲ Φάρον] Rescribendum est  
 omnino τὴν ΤΕ Φάρον. Pendent enim  
 haec ex iis quae praecedunt; “ Huic  
 “ vero rei ipse Sensus testimonium  
 “ affert. Cernimus enim hodie ob no-  
 “ vum Limum veteri Terrae Solo ag-  
 “ gestum, et Mare recedere—Et Pha-  
 “ rum quoque, quam” &c. Ex distinc-  
 tione pessime olim laborabat hic locus,  
 spero tamen in praesenti Editione hoc  
 saltem malum procul esse amotum.

<sup>9</sup> ἔδὲ προσαναβάσαν] Lege, οὐδὲ  
 προσαναβάσαν ΕΚΕΙΝΗΝ, ἀλλὰ κ.λ.λ.  
*Markland.*

λά τῆς μετὰ τὴν θάλαττης ἀναπλάττοντι τὰ πο-  
ταμῶ ἢ τρέφοντι τὴν ἥπειρον ἀνασαλείσης. ἀλ-  
λά ταῦτα μὲν ὅμοια τοῖς ὑπὸ τῆς Στωϊκῶν θεο-  
λογημένοις ἐστί. ἢ γὰρ ἐκεῖνοι τὸ μὲν γόνιμον  
πνεῦμα ἢ τρέφον, Διόνυσον εἶναι λέγουσι· τὸ  
πληκτικὸν δὲ καὶ διαρρηκτικὸν, Ἡρακλέα· τὸ δὲ  
δεκτικὸν, Ἄμμωνα· Δήμητρον δὲ ἢ Κόρην, τὸ  
διὰ τῆς γῆς ἢ τῶν καρπῶν διῆκον· Ποσειδῶνα δὲ,  
τὰ διὰ τῆς θάλαττης.

μα. Οἱ δὲ τοῖσδε τοῖς Φυσικοῖς ἢ τῆς ἀπ’  
Ἀστρολογίας Μαθηματικῶν ἕνα μιγνυῖτες, Τυ-  
φῶνα μὲν οἶον τὸν Ἡλιακὸν Κόσμον, Ὅσιον δὲ  
τὸν Σελωιακὸν λέγουσι. τὴν μὲν γὰρ Σελωίην  
γόνιμον τὸ φῶς καὶ ὑγροποιὸν ἔχουσαν, ἀμφοῖν  
ἢ γοναῖς ζώων ἢ φυτῶν εἶναι βλαστήσει· τὸν δὲ

<sup>2</sup> τῶν ἀπ’ ἀστρολογίας μαθηματικῶν] Scr. ΜΑΘΗΜΑΤΩΝ. Markland.

<sup>2</sup> Σὴν αἰεὶ αἰγυπῆ.] Haudquaquam verum est, “Aegyptios Typhona Seth “semper appellitasse”. BEBΩ enim et ΣΜΥ eum aliquando vocabant, uti ex ipso hoc Libello constat. Aut igitur pro αἰεὶ, Οἱ rescribendum est; aut, quae forsitan sententia praeferenda sit, delendum prorsus est otiosum istud adverbium; natum quippe, quod saepius accidere solet, ex AI sequentis vocis prima syllaba.

<sup>3</sup> ἢ παρὰ σοφίας] Habent Edd. Aldin. et Basil. ΠΕΡΙ σοφίας —

nonne vero in iis quae statim subjungit Auctor, τὸ ΕΙΝΑΙ tibi deesse videtur? quod vero certum est, neutiquam procedat Sententia nisi vel legatur, vel mente saltem subintelligatur haec vox — Scil. “a sapientia vero esse quae a Luna “proveniunt opera”. Quando autem in Edd. mox legitur τὰ δὲ EN ἡλίω — non possum non suspicari, τὸ EN, quod verbum hoc in loco nullius est pretii, ex τῷ ΕΙΝΑΙ nostro, nescio quomodo, natum esse, proprioque loco exturbatum. EN istud non agnoscunt Edd. Basil.

Ἡλιον ἀκρότῳ πνεύσει κεκληρωκότα θάλασσαν τε ἢ καταναίνῃν τὰ φύσημα ἢ τεθηλότα, ἢ τὸ πολὺ μέρῳ τῆς γῆς πωλύάπασιν ὑπὸ φλογμῶ ποιεῖν αἰοικητόν, ἢ κατακρατεῖν πολλαχῶ ἢ τῆς Σελήνης. διὸ τὸν Τυφῶνα<sup>2</sup> Σήθ αἰεὶ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὅπερ ἐστὶ καταδυναστεύον ἢ καταβιαζόμενον ἢ τῷ μὲν Ἡλίῳ τὸν Ἡρακλέα μυθολογοῦσιν ἐνιδρυόμενον συμφοροποιεῖν, τῇ δὲ Σελήνῃ τὸν Ἑρμῆν. λόγῳ γὰρ ἔργοις ἔοικε<sup>3</sup> καὶ πᾶσα σοφίας τὰ τῆς Σελήνης, τὰ δὲ Ἡλίου πληγαῖς ὑπὸ βίας καὶ ῥώμης<sup>4</sup> περιαινομένης. <sup>5</sup>οἱ δὲ Στωϊκοὶ τὸν μὲν Ἡλιον ἐκ θαλάσσης ἀναπέεσθαι, ἢ τρέφεσθαι φασί, τῇ δὲ Σελήνῃ τὰ κρύψα ἢ λιμναῖα νάματα γλυκεῖαν ἀναπέμπειν ἢ μαλακὴν<sup>6</sup> ἀναθυμιάσιν.

<sup>4</sup> περιαινομένης] Olim, ΠΕΡΑΙΝΟΜΕΝΗΣ, σολοικῶς.

ibid. παρὰ σοφίας] Forte leg. ἔοικε ἢ σοφίας τὰ ΠΑΡΑ τῆς Σελήνης, τὰ δὲ Ἡλίου, πληγαῖς — ΠΕΡΑΙΝΟΜΕΝΑΙΣ, vel, τὰ δὲ Ἡλίου, πληγαῖς ὑπὸ βίας — ΠΕΡΑΙΝΟΜΕΝΑ. *Markland.*

<sup>5</sup> οἱ δὲ Στωϊκοὶ] Non possumus nimis esse perspicaces in mendosissimo libro evolvendo. Nonne igitur abrupta tibi nimis et cita videatur haec ab Aegyptiis ad Stoicos Transfatio, nulla particula praeunte, quae connectat quasi et jungat hujus Familiae O-

pinionem cum ea, quam ex aliis Philosophis supra attulisset? Quid si igitur legamus, ΟΥΤΩ δὲ οἱ Στωϊκοί, “Ita etiam Stoici” vel “huic notioni similis est ea Stoicorum” &c? *Porphyr. de Antr. Nymph. p. 257.* τοῖς δ’ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἥλιον μὲν τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναθυμιάσεως ἐδόκει. Σελήνην δὲ ἐκ τῆς πηγῶν ἢ πηγαίων ἢ πηγαίων ὕδατων τὰ δὲ ἄστρα, ἀπὸ τῆς γῆς ἀναθυμιάσεως κ. τ. λ.

<sup>6</sup> ἀναθυμιάσιν] Colon post hoc verbum, quod antea nullum erat, addidi. Deinde, pro ἐβδόμη ἐπὶ δέκα imprimendum esse curavi ἐβδόμη Δ’ ἐπὶ

μβ. Ἐβδόμη δὲ Ἐπι δέκα τὴν Ὀσίειδ<sup>Ⓞ</sup> γενέσθαι τελευτὴν Αἰγύπτιοι μυθολογῶσιν, ἐν ἣ μάλιστ' ἀνέβη πληρομενὴ κατὰ δὴλ<sup>Ⓞ</sup> ἢ πρὸς πλεονος. διὸ καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην Ἀντίφραξιν οἱ Πυθαγόρειοι καλεῖσιν, καὶ ὅλως τὸν ἀριθμὸν τῆτον ἀφοσιουῦται. τῷ γὰρ ἑξκαίδεκα τετραγώνων, καὶ τοῦ ὀκτωκαίδεκα ἑτερομήκους, οἷς μόνοις ἀριθμῶν ἑπιπέδων συμβέβηκε τὰς πεντέκοντας ἴσας ἔχειν τῆς πεντεχομήκους ὑπὸ αὐτῶν χωρίοις, μέσος ὁ τῶν ἑπτακαίδεκα παρεμπίπτων, ἀντιφράττει ἢ διαζύγνυσιν ἀπ' ἀλλήλων, ἢ διαιρεῖ τὸν ἐπόγδοον λόγον εἰς ἀνίστα διαστήματα τεμενόμενος. ἐτῶν δὲ ἀριθμὸν οἱ μὲν βιωσαί τὸν Ὀ-

ἐπὶ δεκ. Cum enim novam ordiuntur Periodum hae voces, inchoativa illa particula diutius abesse non possit.

<sup>1</sup> καὶ διαιρεῖ τὸν ἐπόγδοον λόγον] Tunc is es, Lector, qui haec mihi clara et sincera praestabis? Quod autem certissimum est, ΕΠΟΓΔΟΟΝ ΛΟΓΟΝ neutiquam stare possit, summo sine Sententiae intertrimento: sc. “numerus decimo-septenarius (hic enim est ΕΠΟΓΔΟΟΣ ΛΟΓΟΣ) “dividit numerum 17 in duas inaequales partes”. Haecine vero ut diutius ferri possint? rescribas igitur ΤΩ ΕΠΟΓΔΟΩ ΛΟΓΩ, vel Ο ΕΠΟΓΔΟΟΣ ΛΟΓΟΣ, totumque locum sic veritas — “Numerum 17 abominan-

“ tur Pythagorei, eumque Antiphra-  
 “ in vocant. Nam inter 16 et 18  
 “ medius interveniens 17, (vel ἐπόγ-  
 “ δοος λόγ<sup>Ⓞ</sup>) “obstruit quasi viam,  
 “ disjungit eos, inque duas inaequa-  
 “ les partes proscindens dirimit et  
 “ dividit” — Numeros enim 16 et 18  
 quasi in unum coalituros supponunt  
 Pythagorei, ni intervenerit media  
 ista Arithmetica Ratio 17 — Dubitas  
 autem de eo quod dixi ΕΠΟΓΔΟΟΝ  
 ΛΟΓΟΝ numerum esse decimo-septena-  
 rium? consulas Martianum Capell.  
 de Nupt. Philolog. lib. 2. p. 26. Ed.  
 Grot. “Novem vero ab octo ΕΠΟΓ-  
 “ ΔΟΟΥ numeri efficiunt junctionem”:  
 Eademque prorsus ratione antea dix-  
 rat

σιεν, οἱ ᾗ βασιλεύσαι λέγασιν ὀκτώ ἢ εἴκοσι-  
 τοσαῦτα γάρ ἐστι φῶτα τῆς Σελήνης, ἢ τοσαύταις  
 ἡμέραις <sup>2</sup> τὸν αὐτῆς κύκλον ᾗξελίωσι. τὸ ᾗ ξύλον  
 ἐν ταῖς λεγομέναις Ὀσίριδος ταφαῖς τέμνοντες,  
 κατασπυράζουσι λάβρακα μινωειδῆ, διὰ τὸ πῖν  
 Σελήνῳ, ὅταν πᾶς Ἡλίῳ πλησιάζῃ, <sup>3</sup> μινωειδῆ  
 γινόμενῳ ἀποκρύπτουσι. τὸν ᾗ εἰς δεκατέσσαρα  
 μέρη τῆς Ὀσίριδος διασπασμὸν αἰνίττονται πρὸς  
 τὰς ἡμέρας ἐν αἷς φθίνει μετὰ πωδωσέλιον ἀχει-  
 νεμνίας τὸ Ἄστρον ἡμέραν ᾗ ἐν ᾗ φαίνεται) πρῶ-  
 τον ἐκφυγούσα τὰς αὐγὰς ἢ παρελθούσα τὸν  
 Ἡλίον, ΑΤΕΛΕΣ ΑΓΑΘΟΝ πρῶτα τορβύσων. ὁ γὰρ  
 Ὀσιρις ἀγαθοποιός· ἢ τῆνομα πολλὰ φράζει <sup>4</sup> εἰς

rat idem "tres ad quatuor Epitritus  
 "vocatur arithmetica ratione"—sic,  
 ἐπιτέτραρι⊙ erit novem &c.

<sup>2</sup> τὸν αὐτῆς κύκλον] Imo αὐτῆς —  
 "tot scil. diebus suam ipsius circui-  
 "tionem perficit Luna". Accedit  
 Cl. Marklandi auctoritas.

<sup>3</sup> μινωειδῆ γινόμενῳ] Olim MONO-  
 ΕΙΑΔΗ. Nostram vero lectionem ex-  
 hibent MS. P. et Edd. vett. Ald. et  
 Basil. "In Isiacis Sacris (inquit Mat.  
 Firm.) "de Pinea Arbore caeditur  
 "Truncus, hujus Trunci media pars  
 "subtiliter excavatur. Illis de Seg-  
 "minibus [novissima vox ex Emen-  
 datione Woweri est; quid autem an-  
 tea extabat non apparet; dubitare

igitur jure possumus ex hoc *Plu-  
 tarchi* loco conjectantes, utrum  
*Illa in Sectione* reponendum non  
 fuerit] "factum idolum Osiridis  
 sepelitur".

<sup>4</sup> εἰς ἡκιστα δὲ κράτ⊙ ἐνεργῶν καὶ  
 ἀγαθ.] Quo haec modo inter se jun-  
 gantur et cohaerere possint? Idemne  
 nomen *vim efficacem* in genere, *vimque*  
*etiam beneficam* significet?—Cum vero  
 ex antedictis pateat, Osirim nostrum  
 μέγαν ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ dici (vid. p. 30.)  
 et aestimari apud Aegyptios, ne mi-  
 nima possit esse dubitandi causa, quin  
 ΕΥΕΡΓΕΤΟΥΝ hic etiam loci repo-  
 nendum sit. Amovi pravam interpun-  
 ctionem, qua haec olim laborabant.

Nonne



ἥκιστα δὲ κράτος ἐνεργουῦ καὶ ἀγαθοποιῶν, ὃ λέγῃσι. <sup>5</sup> τὸ δ' ἕτερον ὄνομα ἔστι Θεοῦ, τὸν Ὀμφιν, ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ὃ Ἐρμαῖός φησι δηλοῦν ἑρμηνεύον.

μγ. Οἷοντα δὲ πρὸς τὰ φῶτα τῆς Σελήνης ἔχειν πινὰ λόγον τοῦ Νείλου τὰς ἀναβάσεις. <sup>1</sup> ἢ μὲν γὰρ μεγίστη πρὸς τὴν Ἐλεφαντίνην, ὅκτω γίνε<sup>ϛ</sup>) ἢ εἴκοσι πήχεων, ὅσα φῶτα ἢ μέτρα τῶν ἐμμήνων πειόδων ἐκάστης ἐστίν. <sup>2</sup> ἢ δὲ πρὸς Μέν-

Nonne autem graecae linguae ratio exigere videtur, ut MEN post τὸ ὄνομα inferatur? vide enim quid statim sequitur, ἔχῃ ἥκιστα ΔΕ.

<sup>5</sup> τὸ δ' ἕτερον ὄνομα] Si modo ΚΑΙ, vel ΓΑΡ, pro ΔΕ, hic loci substituas, omnia optime inter se cohaerentia cernes.

ibid. κράτος ἐνεργῶν] Qu. an κράτος ΕΥΕΡΓΕΤΟΥΝ καὶ ἀγαθοποιῶν, ὃ λέγῃσι, \*\*\*. τὸ δ' ἕτερον ὄνομα τῆ Θεῶ, ΤΟ Ὀμφιν, εὐεργέτην &c. Post λέγῃσι, deesse videtur Vox Aegyptiaca. *Markland.*

<sup>1</sup> ἢ μὲν γὰρ μεγίστη — ὅκτω γίνεσθαι καὶ εἴκοσι πήχεων] Maximum quidem Errorem hac de re errasse *Astrologos* istos, unde opinionem hanc desumpsit *Plutarchus*, si opus, facillimum esset ostensu. Nemo enim alius, quod scio, unquam dixit ad 28 Cubitos *Nilum* ascendisse — quippe maximam ejus altitudinem 16 vel 18 Cubitorum esse affirmant, *Plin.*

lib. 5. c. 9. “Justum incrementum est Cubitorum xvi. Minores Aquae non omnia rigant, ampliores detinent tardius recedendo”. Neque quidem hic Error, quod saepe fit, excusantium oscitantiae jure imputandus est; sed ad vanam quandam Hypothesim stabiliendam a male feriatis hominibus vane excogitabatur. *Cubitus Aegyptius*, (ne ex istius Mensurae apud diversas Gentes differentia natum esse hunc errorem suspiceris) uti tradunt, qui eum in *Nilometris* metiti sunt, fuit 22 Vnciarum five Digitorum quam proxime — vulgaris *Graecorum* et *Romanorum* fuit 24 Vnciarum.

<sup>2</sup> ἢ δὲ — βραχυτάτη πήχεων ἔξ.] Novissimam vocem improbam, corruptamque adeo esse ipsum ostendit argumentum. Vult enim *Astrologus* iste, cujus jam sententia describitur πινὰ λόγον esse inter Lunae φῶτα et Nili adscensum. Fingit igitur ad hanc

δητα ἢ Ξοῖν βραχυτάτη πῆχεων ἕξ πρὸς τὴν  
 διχοτομον· ἢ ὃ μέση πρὸς Μέμφιν, ὅταν ἦ δικαία,  
 δεκατρισσάρων πηχῶν πρὸς τὴν πτωσέληνον. <sup>3</sup> τὸν  
 ὃ Ἄπιν, εἰκόνα μὲν Ὀσίειδ<sup>ο</sup> ἐμψυχον εἶναι,  
 γνέσθ<sup>η</sup> ὃ ὅταν φῶς ἐρείσῃ γόνιμον ἀπὸ τῆς Σε-  
 λήνης, ἢ καθάψῃ<sup>η</sup> βοὸς ὀργώσης. διὸ ἢ τοῖς τῆς  
 Σελήνης γήμασιν ἔοικε πολλὰ ζ' Ἄπιδος, <sup>4</sup> πρὸς  
 μελαινομέγ<sup>η</sup> τὰ λαμπρὰ τοῖς <sup>5</sup> σκιεροῖς, ὅτι τῆ  
 νουμνία τοῦ Φαμνῶθ μινὸς ἐορτικῶ ἀγούσιν,

hanc rem illustrandam, maximam A-  
 quarum altitudinem esse 28 Cubito-  
 rum, quot sc. Dies sunt, vel illumi-  
 nationes Lunaris periodi: minimam  
 autem statuit idem sex Cubitorum esse?  
 ne dicas—prorsus igitur necesse est re-  
 scribas septem Cubitorum. adtende e-  
 nim quod statim sequitur: “Hanc  
 “ quippe distantiam rationem quan-  
 “ dam habere ad ΔΙΧΟΤΟΜΟΝ”,  
 hoc est, ad *Lunae Quadraturas*; quas  
 quidem ad *Quadraturas* nequiquam  
 accedat haec Planet anisi *septimum ad*  
*diem* ex *Novilunio*—Jamque adeo  
 recte sequitur, ἢ δὲ μέση πρὸς Μέμφιν  
 δικατισσάρων πηχῶν πρὸς τὴν πτωσ.  
 at mehercule inter 28 et 6 non est me-  
 dius numerus 14, hanc licet rationem  
 obtineat inter 28 et 7. Mendum forsitan  
 ex Librarii Festinatione primum ori-  
 ebatur, qui ε pro ζ accipiebat. Ob-  
 servandum porro est ΒΡΑΧΥΤΑΤΗΝ  
 olim scribi. Nostram vero genui-  
 nam esse lectionem ostendunt satis

ΜΕΓΙΣΤΗ, ΜΕΣΗ, quibuscum ean-  
 dem prorsus rationem habet haec vox.  
 ΒΡΑΧΥΤΑΤΗ legunt *Bentl. Xyland.*  
*Baxt. Markland.*

<sup>3</sup> τὸν δὲ ἄπιν—γενέσθ<sup>η</sup> &c.] *Aelian.*  
*Hist. Animal.* lib. II. c. 10. Θεὸς Αἰ-  
 γυπτίοις ἐναργέστατος ὁ Ἄπιδος εἶναι πι-  
 στεύεται· γίνεσθ<sup>η</sup> δὲ ἐκ βοῦς, εἰς ἣν οὐ-  
 ράνιον σέλας ἔμπροσθεν σποράς αἰτίαν  
 ἐστ<sup>ι</sup>.

<sup>4</sup> περιμελαινομένη] Legit *Baxterus*  
 ΠΕΡΙΜΕΛΙΝΥΜΕΝΟΥ.

<sup>5</sup> σκιεροῖς, ὅτι τῆ ν.] Ita haec  
 mecum distinguas et emendes, σκιε-  
 ροῖς. ΕΤΙ ΔΕ τῆ ν. Novum enim Ar-  
 gumentum jam aggressi sunt hi Phi-  
 losophi ad conficiendam, quam vo-  
 lunt, similitudinem inter *Lunam* et  
*Osirim*; adeo ut de nostra Emenda-  
 tione et interpunctione vix possit esse  
 dubitandi causa: accedit autem *Bent-*  
*leii* auctoritas. *Marklandus* vero haec  
 habet, F. σκιεροῖς \* \* \* \* OTI &c. nisi  
 scrib. σκιεροῖς. ΟΘΕΝ τῆ ν.

<sup>6</sup> ΕΜΒΑΣΙΝ ΟΣΙΡΙΔΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΕΛΗΝΗΝ ὀνομάζοντες, ἔαρεθ δρχήν ἔσαν. <sup>7</sup> ἔτω τὴν Ὀσίριδθ δύναμιν ἐν τῇ Σελήνῃ τίθειται, τὴν Ἰσιν αὐτῆς, Γένεσιν ἔσαν, σωεῖναι λέγασσι. διὸ καὶ Μητέρα τὴν Σελήνην ἔ Κόσμος καλοῦσι, καὶ φύσιν ἔχου Ἀρσενόθηλιον οἶον), <sup>8</sup> πληρομεθύνω ὑπὸ Ἡλίου καὶ κυσικομεθύνω, αὐτὴν δὲ πάλιν εἰς τὸν αἴερα περιεμεθύνω γρηθικὰς δρχὰς καὶ καλασπέρουσαν. εἰ γὰρ αἰετὴν φθορὰν ἔπικρατεῖν τὴν Τυφώνειον· πολλὰ καὶ δὲ κραταμεθύνω ὑπὸ τῆς Γενέσεως καὶ σωδεομεθύνω, αὐτὴς ἀναδύεσθαι καὶ διαμάχεσθαι πρὸς τὸν Ὠκεανόν. ἔστι δὲ ὅτι ὁ αἰετὸς ὁ αἰετὸς Κόσμος, ἔτε φθορᾶς ἀ-

<sup>6</sup> ἔμβασιν Ὀσίριδθ.] Olim ΕΜΦΑΣΙΝ, male. Qui forsan error ex Typhothetarum Incuria. Ceterae enim Edd. ΕΜΒΑΣΙΝ recte praestant.

<sup>7</sup> ἔτω τὴν Ὀσίριδθ.] Rotundior certe esset, et ad graecam scribendi rationem propior accederet haec periodus, si modo MEN et ΔΕ particulas suis locis restitueremus, ἔτω τὴν MEN Ὀσίριδθ.—τὴν ΔΕ Ἰσιν. κ. τ. λ. Adnotandum vero est pro ΤΙΘΕΝΤΑΙ, ΤΙΘΕΝΤΕΣ reponere velle Cl. Markland.

<sup>8</sup> πληρομεθύνω ὑπὸ Ἡλίου.] Post primam vocem, MEN inferendam esse censeo. Non enim sensus tantum particulam hanc requirere videtur, sed cum postea legatur αὐτὴν ΔΕ, argumento est validissimo MEN prae-

cessisse—Quod autem *Luna* apud Antiquos dubii fuerit Sexus, vel potius utriusque, facillimum probatu esset: hinc enim *Lunus* et ΜΗΝ Deus, qui tamen uterque numen erat idem atque ΣΕΛΗΝΗ, uti ex Nummis collegerunt plurimi. vid. vero *Strabon.* lib. 12. Ita quoque *Ammonius*, in lib. *Aristot. de Interpret.* καὶ γὰρ ἀρσενικῶς Αἰγύπτιοι τὴν Σελήνην ὀνομάζουσιν κ. τ. λ. Vnum porro *Ael. Spartianum*, in *Caracallo*, describam; “ sciendum doctissimis quibusque id “ memoriae traditum, atque ita nunc “ quoque a *Carrenis* praecipue haberi, “ ut qui *Lunam* foemineo Nominis ac Sexu putaverit nuncupandam, is addictus mulieribus semper inferviat; at vero qui Marem “ Deum

## ΙΣΙΔΟΣ ἢ ΟΣΙΡΙΔΟΣ. ΙΙΙ

παλατιόμην<sup>α</sup> πωλύάπασιν, ἔτε γενέσεως.

μδ. <sup>1</sup>Ἔνιοι ἢ ἢ τῷ Ἐκλειπτικῶν ἀνιγμα ποι-  
ουῶται τὸν μῦθον. ἐκλείπει μὲν γὰρ ἡ Σελήνη  
πωλύσέλιω<sup>α</sup>, ἐναντίαν δ' Ἡλίου εἰσὶν ἔχου<sup>α</sup>  
πρὸς αὐτήν, εἰς τὴν σκιάν ἐμπίπτουσα τῆς γῆς, ὡς-  
περ φασὶ τὸν Ὅσιριν εἰς τὴν σορὸν. αὐτὴ δ' πάλιν  
ἀποκρύπτει καὶ <sup>2</sup>ἀφανίζει ταῖς Τριακάσιν, ἃ μὲν  
ἀναρῆται πωλύάπασιν τὸν Ἡλιον, ὡσπερ εἰδὲ τὸν  
Τυφῶνα ἢ Ἰσις. <sup>3</sup>γενώσης τῆς Νέφθου<sup>α</sup> τὸν Ἀ-  
νθριν, Ἰσις ὑποβάλλει. Νέφθου γὰρ ἐστὶ τὸ ὑπὸ  
γῆν ἢ ἀφανές, Ἰσις δὲ τὸ ὑπὲρ τὴν γῆν ἢ φανε-  
ρόν. <sup>4</sup>ὁ δὲ τέτων ὑποψαύων καὶ καλούμην<sup>α</sup>

“ Deum esse crediderit, is dominetur  
“ Vxori, neque ullas patiatur mu-  
“ liebres insidias. Vnde, quamvis  
“ Graeci vel Aegyptii eo genere quo  
“ Foeminam hominem etiam Lunam  
“ Deam dicunt, mystice tamen Deum  
“ dicunt”. — *Neque enim Sexum Idolo-*  
“ *rum Scriptura sacra, nec praesca my-*  
“ *steria Gentium distinguunt, uti opti-*  
“ *me observavit Selden. de Diis Syris*  
*Syntag. II. c. 2.*

<sup>1</sup> ἔνιοι δὲ καὶ τῷ ἐκλειπτικῶν ἀνιγ-  
μα] Scribendum est ΕΚΛΕΙΨΕΩΝ  
“ Quidam scil. per Luminarium  
“ defectus hanc Fabulam explicare  
“ volunt”—at ΕΚΛΕΙΠΤΙΚΩΝ hoc  
in sensu haud alibi temere invenias.

<sup>2</sup> ἀφανίζει ταῖς τριακάσιν] Legen-

dum esse arbitror, EN ταῖς τριακ.  
*In novilunio scil. cum jam Planeta*  
*haec inter Terram Solemque verse-*  
*tur, sive ut alio loco ipse loquitur,*  
*ὅτε σελήνη καὶ ἥλιος ἐπὶ μιᾷς εὐθείας*  
*γενόμενοι. Sol vero numquam a*  
*Luna obscurari possit nisi EN ταῖς*  
*τριακάσι.*

<sup>3</sup> γενώσης τῆς Νέφθου] Videtur  
ΔΕ excidisse, scil. γεν. ΔΕ τῆς Νεφ.

<sup>4</sup> ὁ δὲ τέτων ὑποψαύων] Ita pro  
ΤΟΥΤΩΙ dedi certissima ex Emenda-  
tione. πληθυντικῶς enim ut proferatur  
haec vox omnino est necessarium, cum  
et “ad ea quae supra Terram, et ad  
“ ea quae infra Terram sunt, aequae  
“ spectet”. Huic porro correctioni  
accedit *Bentleii* suffragium.

Ὀείζων κύκλω, Ἰπικῶν ὦν ἀμφοῖν, Ἄνουβις κέκληθῆ, ἢ Κυῶν τὸ εἶδος ἐπικάζεται. ἢ γὰρ ὁ Κύων χεῖρῃ τῆ ὄψει νυκλός τε ἢ ἡμέρας ὁμοίως. ἢ ταύτῃ ἔχειν δοκεῖ παρ' Αἰγυπτίοις τὴν δύναμιν ὁ Ἄνουβις, οἷαν ἢ Ἑκάτη παρ' Ἑλλησι, Χθόνι ὦν ὁμοῦ ἢ Ὀλύμπιος. ἢ ἐπίοις ἢ δοκεῖ χρόνος ὁ Ἄνουβις εἶναι, διὸ, πάντα τίκων ἕξ ἑαυτοῦ ἢ κύων ἐν ἑαυτῷ, τὴν τοῦ Κυῶν Ἰπικλήσιν ἔχειν. ἢ ἐπὶ δὲ οὐκ τοῖς σεβομένοις, τὸν Ἄνουβιν, ἀπόρρητόν τι, ἢ πάλαι μὲν τὰς μεγάλας ἐν Αἰγύπτῳ πρῶτος ὁ Κύων ἔχειν· ἐπεὶ ἢ Καμβύσης τὸν Ἄπιν ἀνελόνητος καὶ ῥίψαντος, εἶδεν προσήλθεν εἶδ' ἐγδύσατο ἕ σώματος ἀλλ' ἢ μόνος ὁ Κύων, ἀπώλεσε τὸ πρῶτος εἶναι ἢ μάλις πρῶται

<sup>5</sup> ἢ ταύτην ἔχειν δοκεῖ] Scribe ΤΟΙΑΥΤΗΝ—cum enim jam statim, in altero periodi membro vox ΟΙΑΝ sequatur, hinc satis patet ΤΟΙΑΥΤΗΝ praecessisse. sic etiam emendaverat *Bentleius*.

<sup>6</sup> ἐπίοις δὲ δοκεῖ χρόνος ὁ Ἄνουβις εἶναι] Olim ΚΡΟΝΟΣ, *Saturnus* nim. absurde. Ipsa enim ratio, quam proxime assignat, quare hanc appellationem habeat *Anubis*, nil aliud est quam ipsius *Temporis* definitio, πάντα τίκων ἐξ ἑαυτῆς ἢ κύων ἐν ἑαυτῷ. Eandem Emendationem exhibent *Notulae Marklandi*.

<sup>7</sup> ἐπεὶ δ' ἂν τοῖς σεβομένοις] Inter

vel corruptissima haec esse audacter affirmo. Vnde vero ei *Medelam* afferamus? Silent *Libri* tum editi, tum *MSS.* silent *Critici*; omittunt prorsus *Xyland. Amyott.* interpretes—tentandum tamen est—inquit igitur *Auctor*, “*Anubis* hic (secundum quosdam *Philosophos*) “quem *Canem* esse statuit vulgus, revera *Tempus* est et designat, diciturque ideo ΚΥΩΝ, quia omnia ex se gignit, et in se tanquam praegnans mulier gestat; unde in *Populum* fluxit aequivoca illa de *Cane* *Historia*, qui graece etiam “ΚΥΩΝ vocatur”. His vero ita explanatis, seipsum jam quasi corrigens com-

τῶν ἑτέρων ζώων. εἰσὶ δὲ τινες οἱ τὸ σκίασμα τῆς γῆς, εἰς ὃ τὴν Σελήνην ὀλισθαίνουσαν ἐπλείπειν νομίζουσι, Τυφῶνα καλεῖντες.

με. Ὅθεν ὅκ ἀπέοικεν εἰπεῖν ὡς ἰδίᾳ μὲν ἕκ ὀρθῶς ἕκαστος, ὁμοῦ ᾗ πάντες ὀρθῶς λέγουσιν. ἔ γὰρ Αὐχμὸν, ἔδὲ Ἄνεμον, ἔδὲ Θάλατταν, ἔδὲ Σκότῳ, ἀλλὰ πᾶσι ὅσον ἡ φύσις βλαβερὴν καὶ φθαρτικὸν ἔχει μόριον, <sup>1</sup> τοῦ Τυφῶνός ἐστιν. ἔτε γὰρ ἐν ἀψύχοις σώμασι τὰς ἔ Πρωτὸς δεχάς δετέον, ὡς Δημόκριτῳ καὶ Ἐπίκουρος, ἔτε <sup>2</sup> ἀποίε Δημιουργὸν ὕλης ἕνα Λόγον ἢ μίαν Πέρονιαν, ὡς οἱ Στωϊκοί, πειγνομένην ἀπιδύντων ἢ κρατῶσαν. <sup>3</sup> ἀδύνατον γὰρ ἢ ἢ φλαύρον ὅτι ἐν ὁμοῦ πᾶσάντων ἢ χησόν, ὅπερ μηδενοῦς ὁ Θεὸς αἰ-

comprimensque Auctor, addit, “ hoc vero (haec sc. Explicatio Nominis “ Anubidis) inter ea secreta est, quae “ cum hujus Dei Cultoribus tantum “ communicentur”. Sic igitur legas et distinguas, ΕΣΤΙ δὲ ΤΟΥΤΟ τοῖς σιβομ. τὸν Ἄνεμον ἀπόρρητόν τι—Neque enim audacem nimis et alienam hanc esse emendationem existimabit ille, qui ad Mysteriorum naturam et institutionem paullo diligentius adtendat, quorum praecipue erat, quae de Diis in vulgus palam prolatae essent Fabulae, corrigere et explanare.

ibid. ἔτι δ’ οἶν] Forte, ΕΣΤΙ δ’ ἔ, — ἀπόρρητόν τι scil. ὁ κύων ἐστὶ—nisi

pro ΟΥΝ, leg. Ο ΚΥΩΝ. Markland.

<sup>1</sup> τῷ τυφῶνῳ ἔστι] Immo EINAI, si quid ego video. Cum enim αὐχμὸν, ἄνεμον &c. praecedant, necesse est verbum infinitum post se habeant haec nomina, ad quod referantur. EINAI quoque legit Baxter.

<sup>2</sup> ἔτε ἀποίε δημιουργὸν ὕλης] Hanc Correctionem, certissimam quippe, in Textum lubens admisi. Olim enim absurde extabat ἔτε ΑΠΟΙΟΝ, ΟΥ δημ. ΑΠΟΙΟΥ vero ΥΛΗΣ frequens apud Stoicos mentio est. Iterum habet Auctor p. 667. Ed. Steph. Ita quoque conjecerant Bentl. Baxter.

<sup>3</sup> ἀδύνατον γὰρ ἢ ἢ φλαύρον] Ain vero ?

πος ἐγένεατο ἡ παλίντονος γὰρ Ἀρμονίη Κόσμος ὡσπερ λυσης ἢ τόξου, καθ' Ἡράκλειτον ἢ κατ' Εὐριπίδην,

Οὐκ ἂν γυνοῖτο χεῖς ἐσθλά ἢ κακά,

Ἄλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὡς ἔχειν καλῶς.

διὸ καὶ παμπάλαια αὕτη κάτεισιν ἐκ Θεολόγων ἢ Νομοθετῶν εἰς τε Ποιητὰς ἢ Φιλοσόφους δόξα, τὴν ἀρχὴν ἀδέσποτον ἔχουσα, τὴν ὃ πίπτει ἰσχυρὰν καὶ δυσεξάλειπτον, οὐκ ἐν λόγοις μόνον, εἰδὲ ἐν φήμασι, ἀλλὰ ἐν τε Τελεταῖς ἐν τε Θυσίαις ἢ Βαρβάρεισι ἢ Ἑλλησι πολλαχοῦ πεφρασμένῳ, ὡς ἔτ' ἀνομιῶν ἢ ἀλογον ἢ ἀκυβέρνητον αἰωρεῖται τῷ αὐτομάτῳ τὸ Πᾶν, ἔτε Εἰς ἔστιν ὁ κρατῶν ἢ καθυστερῶν ὡσπερ οἶαξιν ἢ πσι πειθνηίοις χαλνοῖς Λόγῳ, ἀλλὰ πολλα καὶ

vero? haec tibi integra videntur esse et sincera? at ne intelligi quidem possunt, ne dum ad Grammaticae Canonas referri. Sententia igitur Auctoris primum explorata et perspecta, ad Graeca demum corrigenda, pro more, tutius nosmet accingamus—"Fieri nequit, ait *Plutarchus*, "quod unum idemque Principium, "five Malum statuas, five Bonum, "omnium rerum possit esse Causa et "Auctor; Deus quippe nullius mali "Artifex est". Nonne haec tibi op-

time inter se cohaerent, et ad auctoris mentem exprimendam (quippe qui *Δνάδα* ἢ *Θεῶν* crederet) quam maxime accommodata sunt? Graeca igitur sic mecum emendes, et distinguas, *ἀδύνατον γὰρ ἢ φλαῦρον* (ΚΑΙ enim recte omittit *MS. P.*) ὅτι ἂν ὁμῶς πάντων, ἢ χρηστῶν (ΕΠΕΙ μηδενὸς ΚΑΚΟΥ ὁ Θεὸς αἴτιος) ΑΡΧΗΝ γενεᾶς. Duobus quidem verbis auctiorem feci Periodum, iis vero, uti confido, ad mentem Auctoris explicandam profusus necessariis. "Non potest, inquit,

"χρησ-

ΙΣΙΔΟΣ ἢ ΟΣΙΡΙΔΟΣ. ΙΙΣ

μεμιγμένα κακοῖς ἢ ἀγαθοῖς· μάλλον δὲ μηδὲν,  
ὡς ἀπλῶς εἶπεῖν, ἀκράτον ἐνταῦθα τῆς Φύσεως  
φερύσης, ἔδουεν πίθων εἰς Ταμίας, ὡς περ νά-  
ματα τὰ πρᾶγματα καπηλικῶς διανέμων ἀνα-  
κεράννουσιν ἡμῖν, ἀλλ' ἄπο δουέν ἐνδοτίων Ἀρχῶν,  
ἢ δουέν ἀντιπάλων Δυνάμεων ἔμην Ἰπὶ τὰ δε-  
ξιά, ἢ κατ' εὐθείαν ὑψητέρης, ἔμην ἔμπαλιν  
ἀναστρεφόμενος ἔνακλώσης, ὅ, τε Βίῳ μικτός,  
ὅ, τε Κόσμῳ, εἰ ἢ μὴ πᾶς, ἀλλ' ὁ πείγειῳ  
ἔδοτ' ἔμην Σελήνην, ἀνώμαλῳ ἔμην ποικίλος γέ-  
γονε, ἔμην μελαβολὰς πᾶσας δεχόμενος. εἰ γὰρ εἴθην  
ἀναιτίως πέφυκε γένεσθαι, αἰτίαν ἢ κακοῦ τὰ γα-  
θὸν ἔκ ἀν πρᾶσχοι, δεῖ γένεσθαι ἰδίαν ἔμην ἀρχήν,  
ὡς περ ἀγαθοῦ, ἔμην κακοῦ τὴν Φύσιν ἔχειν.

μς. Καὶ δοκεῖ τούτο εἶς πλείστοις ἔμην σοφω-

“ χρηστόν τι omnium Rerum causa  
“ esse”—Quare vero? “ scil. Quia  
“ Ο ΘΕΟΣ, bonus ille Deus nullius  
“ rei causa est”— at absurdum  
hoc prorsus et Epicureum: dicas  
igitur potius, ut postulat Philosophi  
argumentatio, “ quia nullius mali  
Causa est Deus”, jamque omnia pro-  
ba erunt, et inter se congruentia.  
Pro ΕΓΓΕΝΕΣΘΑΙ quidem ΑΡΧΗΝ  
ΓΕΝΕΣΘΑΙ reposui: postrema scil.  
Syllaba τοῦ ΑΡΧΗΝ, errore Scri-  
bae, ad proximam vocem adhae-

ferat; hinc utriusque nata est con-  
fusio et corruptio. Explicatio no-  
stra, uti et Emendatio, hujus loci  
unice confirmatur ex iis, quae statim  
sequuntur, εἰ γὰρ εἴθην ἀναιτίως πέφυκε  
γένεσθαι, αἰτίαν δὲ κακοῦ τὰ γαθὸν ἐκ ἀν  
πρᾶσχοι κ. τ. λ.

⁴ παλίντονον γὰρ ἀρμονίῃ Κόσμου] *Porphyr. de Antr. Nymph.* Ἀρξαμέ-  
νης γὰρ τῆς φύσεως ἀπὸ ἰτερότητος,  
παύλαχθὲ τὸ Δίθυρον αὐτῆς πεποιῖν-  
ται σύμβολον. ἢ γὰρ διὰ νοητῆ ἢ πο-  
ρεῖα, ἢ δι' αἰσθητῆ— ἢ διὰ τοῦτο



τάτοις. νομίζουσι γὰρ οἱ μὲν Θεοὺς εἶναι δύο, καθάπερ ἀντιτέχνους, <sup>1</sup> τὸν μὲν Ἀγαθῶν, τὸν δὲ Φαύλων δημιουργόν. οἱ δὲ τὸν μὲν Ἀμείνονα, Θεόν, τὸν δὲ Ἐτερον, Δαίμονα καλοῦσιν· ὡπερ Ζωρῆσταις ὁ Μάγῳ, <sup>2</sup> ὃν πεντακισχιλίοις ἔτεσι τῷ Τρωϊκῶν γεγονέναι πρεσβύτερον ἰσοροῦσιν. ὅστις οὐδὲ ἐκάλει τὸν μὲν, Ὀρμαζίζω, τὸν δὲ, Ἀρειμνώνιον· ἢ περσαπεφαίνετο, τὸν μὲν εἰκέναι Φωτὶ μάλιτα τῷ αἰσθητῶν, <sup>3</sup> τὸν δὲ ἔμπαλιν Σκότῳ καὶ Ἀγνοίᾳ. μέσον δὲ ἀμφοῖν τὸν Μίθρην εἶναι· διὸ καὶ Μίθρην Πέρσαι τὸν ΜΕΣΙΤΗΝ ὀνομάζουσιν. <sup>4</sup> ἐδίδαξε τὰ μὲν εὐκταῖα θύειν καὶ χαριστήρια, τὰ δὲ ἀποτρέπαια καὶ σκυθρωπά. Πό-

σαλίλοις ἢ ἀρμονία ἐ τοξείαι δια τῶν ἰαγτίων.

<sup>1</sup> τὸν μὲν ἀγαθῶν] Antea extabat τὸν μὲν ΓΑΡ ἀγ. Quando autem otiosa prorsus esset causativa illa Particula, et ad sensum perturbandum potius quam explicandum valeret, Marklando suffragante, extrudendam esse procuravi.

